UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Index Tractatuum, & Resolutionum Hujus Tomi Tertij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76359

Visual Library

# INDEX
## TRACTATUUM, & RESOLUTIONUM
## Hujus Tomi Tertij.

*Vltimus Numerus Paginam indicat.*

### TRACTATVS I.

De Poteſtate Pontificis in Ordine ad Sacramenta.

*Et in fine hujus Tractatus adſcribuntur duæ Apologeticæ Diſceptationes de Primatu ſolius D. Petri ad differentiam inter ipſum & D. Paulum*, p. 1.


Res. I. *AN Pontifex poſſit ſuis præceptis ita obligare quoad miniſtrationem Sacramentorum, ut aliquando excuſemur ab obligatione, & obſervatione præcepti divini? Sed inter alia, quæ in textu hujus Reſolutionis explanantur, quatuor diverſi caſus inferuntur ex doctrina ſupradictæ quæſtionis, quos in promptu debent habere omnes Sacerdotes, & Confeſſarij, quia ſæpè contingere poſſunt in praxi, & ſunt valdè notandi.* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 78. ibid.

2. *An Pontifex poſſit aliquibus interdicere uſum Sacramentorum? Et pro praxi hujus quæſtionis aliqui diverſi caſus adducuntur in corpore hujus Reſolutionis.* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 79. p. 2.

3. *An Pontifex poſſit præcipere, ut in articulo mortis deficiente materia certa, miniſtrentur Sacramenta cum materia dubia? Idem dicendum eſt, ſi non occurrat alius certiorem habens poteſtatem, vel qui certiorem formam adhibeat. Et in caſu extremæ neceſſitatis non ſolùm poſſit adhiberi Sacramentum cum materia, forma, & Miniſtro dubio, ſed etiam adeſſe obligationem charitatis ſic miniſtrandi, ſecluſo præcepto Pontificio particulari. Et notatur, quod in prædictis caſibus contentis in textu hujus Reſolutionis, & ſimilibus, ſi recipientès Sacramentum ſupervixerint, eſſent denuo eis miniſtranda dicta Sacramenta ſub conditione.* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 49. p. 4.

4. *An Pontifex ſuppleat defectum juriſdictionis miniſtrantibus Sacramentum cum opinione probabili? Et ex doctrina hujus quæſtionis patet, quod qui ſolum habet titulum coloratum generatim peccare uſurpatione judicij, quia quantum in ipſis eſt, uſurpant poteſtatem, quam non habent.* Ex p. 8. tract. 1. reſ. 93. p. 6.

5. *An Pontifex ſuppleat juriſdictionem in miniſtratione Sacramentorum, ſtante errore communi, abſque titulo colorato? Et quid eſt dicendum in caſu, quo adeſt error communis, & titulus coloratus? Et inter alia, quæ ex doctrina ſuperioris quæſtionis deducuntur, tandem infertur, an ſit falſum, quod ſi in Pontificem eligeretur fœmina, communi circa ſexum concurrente errore valeant per eam velut Pontificem facta;* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 94. p. 8.

6. *An Pontifex poſſit præcipere, ut infantes filij Hæreticorum, & Apoſtatarum baptizentur, invitis Parentibus? Et quid de filiis Infidelium? Et quid, ſi ſaltem alter Parens ſit fidelis, ſeu baptizatus; an puer, illis invitis, poſſit baptizari? Et idem proportionatè dicendum eſt, ſi proles ſit ſub cura plurium tutorum, quorum unus ſaltem eſt Chriſtianus. Et idem eſt ſentiendum, quando alter Pater conſentit, quamvis uterque ſit Ethnicus. Et idem eſt de parvulo, qui non habet Patrem, ſed avum paternum, quod poteſt baptizari, ipſo conſentiente, quamvis mater ſit invita. Et quid de filiis Infidelium mancipiorum, an poſſint, illis invitis, baptizari? Et quid de Infidelibus politicè tantum ſubditis Principibus Chriſtianis, an poſſint eorum infantes, ipſis invitis, baptizari?* Ex p. 8. t. 1. r. 1. p. 10.

7. *An Pontifex potuerit determinare tempus præcepti Divini ſuſcipiendi Baptiſmum? Et an Eccleſia potuerit determinare tempus, in quo Miniſtri Eccleſiæ, & non in alio deberent exhibere Baptiſmum, adultis petentibus, ſcilicet Vigiliam Reſurrectionis, & Vigiliam Pentecoſtes? Et an ex diſpenſatione Pontificia poſſit quis etiam laicus ſolemniter baptizare in caſibus, in quibus jure divino poteſt baptizare; & abſque diſpenſatione id non poſſint Diaconis inferiores?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 2. p. 12.

8. *An Pontifex poſſit committere laico, ut in caſu neceſſitatis ſolemniter Sacramentum Baptiſmi miniſtret? Et extra caſum neceſſitatis, ut licitè conferant Baptiſmum, an inter Miniſtros hujus Sacramenti ordo ſit ſervandus ſub peccato mortali? Et etiam quæritur, an Sacerdos miniſtrans Sacramentum Baptiſmi in caſu neceſſitatis in peccato mortali peccet mortaliter? Idem quæritur de laico baptizante ſolemniter ex diſpenſatione; & de Diacono baptizante ſolemniter, vel Sacram Euchariſtiam porrigente ex commiſſione Sacerdotis. Et notatur poſſe in caſu neceſſitatis filium à Patre baptizari, & à propria matre; & ab illis in prædicta neceſſitate munus Patrini exerceri, atque per hoc non amittunt jus petendi debitum conjugale. Et quid, ſi ſupradicta hæc faciant extra caſum neceſſitatis?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 57. ibid.

9. *An Pontifex poſſit præcipere ſub peccato ſumptionem Sacramenti Confirmationis? Et an ſit præceptum Divinum, vel naturale obligans ſub mortali ad ſuſceptionem* hujus





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

hujus Sacramenti, ſi commodè poteſt ſuſcipi? Sed difficultas eſt quoad præceptum divinum poſitivum? Et an præceptum Concilij Tridentini de prævia confirmatione ante Tonſuram, & Ordines importet peccatum mortale, aut veniale? Ex p.8. tr.1. reſ.47. p.14.

10. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut infantes ante uſum rationis confirmentur? Et an ſine Pontificia diſpenſatione poſſint in aliquo caſu infantes ante uſum rationis confirmari ex juſta cauſa? Et an, ſi Epiſcopus confirmaret infantes ante uſum rationis abſque juſta cauſa, peccet mortaliter; aut venialiter? Et docetur Sacramentum Confirmationis olim in prima Eccleſia, & poſtea per multos annos infantibus ſimul cum Baptiſmo adminiſtratum fuiſſe. Et an ſimiliter in oriente, & præcipuè in Græcia, & Æthiopia vetus conſuetudo perſeveret? Ex part. 8. tr.1. reſ.46. p.16.

11. An Pontifex poſſit delegare poteſtatem miniſtrandi Sacramentum confirmationis ſimplici Sacerdoti? Et an ſit de Fide Presbyterum poſſe eſſe Miniſtrum confirmationis ex diſpenſatione? Et utrùm Pontifex legitimè electus; ſed nondum in Epiſcopum conſecratus poſſit hanc poteſtatem ſimplici Sacerdoti concedere? Et an hæc poteſtas, & facultas conceſſa ſimplici Sacerdoti expiret mortuo Pontifice, vel ſi conceſſa eſt ex cauſa ceſſante expiret? Ex p.8. tr.1. reſol.3. Ibid.

12. An Pontifex poſſit diſpenſare ad miniſtrandum Sacramentum Confirmationis Sacerdotem ſolum priori Ordinatione conſecratum? Et diſcutitur, an impoſitio manuum Epiſcopi pertineat ad eſſentiam Ordinis, vel tantum ſufficiat porrectio Calicis cum patena, & tota forma in verbis dictæ traditionis correſpondentibus; itaut ſi Epiſcopus moriatur, poſtquam contulit Sacerdoti poteſtatem conſecrandi, antequam illi manus imponat, an verè manebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis abſolvere? Ex p.8. tr.1. Reſ.4. p.18.

13. An hæc poteſtas concedendi facultatem ſimplici Sacerdoti ad adminiſtrandum Sacramentum Confirmationis pertineat privativè ad Summum Pontificem? Et an verò ex divina inſtitutione, vel ex ſolo præcepto Eccleſiæ oriatur, quod Epiſcopus non poſſit eam facultatem delegare in ſua Diœceſi? Ex p.8. tract.1. reſ.5. p. 19.

14. An ſi Pontifex diſpenſaret ſine juſta cauſa, ut ſimplex Sacerdos conferat Sacramentum Confirmationis, diſpenſatio ſit valida? Imò notatur non ceſſare hanc facultatem, mortuo Pontifice qui eam conceſſit; neque etiam ceſſat talis facultas, ceſſante ratione, quæ movet Pontificem ad eam concedendam. Ex p.8. tr.1. reſ.6. p.20.

15. An Pontifex poſſit variare modum benedictionis Chriſmatis? Et ex doctrina prædictæ quæſtionis infertur, an poſſit Pontifex indirectè efficere, ut nullus Epiſcopus validè hoc Sacramentum conferat, &c. Et an Epiſcopus benedicens Sacrum Chriſma in ſtatu peccati mortalis peccet mortaliter? Ex p.8. tr.1. reſ.7. ibid.

16. An Pontifex poſſit permittere, ut Græci in Sacramento Confirmationis utantur hac forma: Signaculum doni Spiritus Sancti? Et an in forma Latina hoc Sacramentum perficiatur ante expreſſionem divinarum perſonarum? Et an talis expreſſio in forma hujus Sacramenti ſit eſſentialis? Et quid de cæteris verbis Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis? Ex p.8. tr.1. reſ.8. p.21.

17. Confirmatur ſupradicta ſententia P. Amici authoritate Baſilij Pontij, in qua explanantur omnes difficultates, quæ continentur in præterita reſolutione. Ex p.8.t.1.r.9.p.23.

18. Apponitur ſententia aliquorum impugnantium opinionem Amici & Pontij, & aſſerentium ante Schiſma Græcos in forma Confirmationis invocaſſe explicitè Trinitatem. Ex part.8. tract.1. reſ.10. p.29.

19. An Pontifex, ſi balſami copia deeſſet, poſſit diſpenſare, ut Sacramentum Confirmationis adminiſtretur cum ſolo oleo olivarum? Et latè explanatur, an balſamum in Confirmatione ſit de neceſſitate Sacramenti, vel de neceſſitate præcepti? Et notatur poſſe Papam Epiſcopo prohibere, ne Sacramentum Confirmationis conferat, ſed nequit facere, ut non valeat, ſi illud conferat. Ex p. 8. tract.1. reſ.11. p. 26.

20. An Pontifex poſſit committere facultatem ſimplici Sacerdoti, non ſolum, ut dictum eſt, adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis, ſed etiam conſecrandi Sanctum Chriſma? Ex p.8. tr.1. reſ.12. p.28.

21. An Pontifex potuiſſet præcipere confeſſionem, ſi non fuiſſet à Chriſto præcepta, ſed tantum inſtituta? Ex p.8. tr.1. reſ.13. p.30.

22. An à Pontifice hodie ſit latum præceptum de aliquo uſu confeſſionis diſtinctum à præcepto annuæ Communionis? Et an hoc præceptum ſit juris divini quoad ſubſtantiam rei præceptæ, itaut Eccleſia ſolum determinaverit tempus, quo divinum præceptum eſſet executioni mandandum? Ex p.8. tr.1. reſ.14. p.31

23. An Pontifex poſſit præcipere confeſſionem venialium? Ex part. 8. tract.1. reſ.15. p.32.

24. An de facto Pontifex præceperit aliquibus confeſſionem venialium? Et an Clementina. Ne in agro Dominico de ſtat. Monach. obliget ad confeſſionem venialium ſub peccato mortali? Ex p.8. tr.1. reſ.16. ibid.

25. An Pontifex poſſit abrogare, ſeu diſpenſare in præcepto confeſſionis, ut quiſquam nunquam teneatur confiteri? Et quid, ſi quæratur, qua ratione cum Papa ſæpius diſpenſet in votis, quorum obligatio eſt de jure divino, & naturali ratione promiſſionis Deo factæ, quam quilibet ex dictis juribus tenetur adimplere? & tamen non poſſit diſpenſare in præcepto confeſſionis, quod de jure Divino ortum habet? Ex p.8. tr.1. reſ.17. p.33.

26. An Pontifex poſſit abrogare, ſeu diſpenſare in præcepto confeſſionis, ut aliquando quis non confiteatur? Ex p.8. tr.1. reſ. 18. p.34.

27. Quod peccatum committat Pontifex diſpenſando in hoc præcepto ſine cauſa cum aliquo? Idem eſt de illo, qui ſciens nullam cauſam ſubſiſtere, inducit Pontificem ad diſpenſandum in impedimentis dirimentibus. Et hoc pendet ex illa quæſtione, an peccet Pontifex diſpenſando in ſuis legibus ſine cauſa? Ex p.8. tr.1. reſ.19. pag.35.

28. An Pontifex teneatur ad præceptum annuæ confeſſionis? Et quamvis Pontifex peccet mortaliter, ſi non adimpleat præceptum annuæ confeſſionis, non tamen incurrat excommunicationem propter hoc, nec poſſit declarari, aut Eccleſiaſtica ſepultura privari. Et explanatur, à quo Papa accipiat facultatem eligendi Confeſſorem, cum in terra non habeat ſe ſuperiorem? Et an, electo Confeſſore, teneatur ei parere ſicut cæteri fidelium? Ex p.8. tr.1. reſ.20. ibid.

29. An Pontifex poſſit cenſuris punire confeſſionem annuam ſacrilegam ex defectu doloris? Et diſcutitur, an poſſit Eccleſia prohibere actum internum? Et an poſſit illum præcipere? Et ex doctrina hujus Reſolutionis inferuntur aliqui alij diverſi caſus ſæpius contingentes in praxi. Ex p.8. tr.1. reſ. 50. p.36.

30. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut aliquis ante Communionem non confiteatur, dummodo eliciat actum contritionis de peccatis mortalibus commiſſis? Et docetur, an præceptum de præmittenda confeſſione ante Euchariſtiam ſit à Chriſto Domino inſtitutum, vel ſit divinum poſitivum, aut Eccleſiaſticum? Ex p.8. tr.1. reſ.51. p.38.

31. An Pontifex poſſit reſervare peccata venialia? Ex quo etiam infertur, an Superior poſſit reſervare excommunicationem minorem? Et deciditur cæteros Superiores, & alios Prælatos inferiores Papæ non poſſe ſibi reſervare peccata venialia. Ex p.8. tr.1. reſ.52. p.39.

32. An Pontifex poſſit reſervare peccata mortalia interna? Et quid circa hoc apud Religioſos, & Epiſcopos? Et an Eccleſia non poſſet peccata mere interna afficere cenſuris? Ex p.8. tr.1. reſ.53. p.40.

33. An Pontifex poſſit reſervare omnia peccata mortalia externa? Et an hoc validè, licet illicitè facere poſſit? Ex p.8. tr.1. reſ.54. p.41.

34. An Pontifex validè poſſit ſibi reſervare abſolutionem

*caſus, & excommunicationis etiam in articulo mortis? Ex quo infertur reſervationem factam à Papa abſque cauſa valere reſpectu omnium Confeſſorum, non tamen eſſe licitam.* Ex p.10.tr.14. & Miſc 4.reſ.7.alias ... ibid.

35. *An Pontifex poſſit auferre à ſimplicibus Sacerdotibus juriſdictionem abſolvendi à peccatis venialibus? Idem eſt dicendum de peccatis mortalibus aliàs confeſſis, & rectè abſolutis. Et an ab ullo alio inferiori Prælato poſſit talis juriſdictio auferri aut limitari? Et an ſimplices Sacerdotes habeant poteſtatem abſolvendi à venialibus, & mortalibus alias rectè abſolutis, niſi ſint ab Epiſcopo approbati? Et quæritur etiam, à quo enim jure hoc habeant, an à jure divino, vel per conceſſionem Eccleſiæ? Et an Summus Pontifex habeat ordinariam juriſdictionem in foro Pœnitentiæ quoad totam Eccleſiam, idque à jure divino, cùm primum eſt electus? Et ideò, an poſſit aliquem delegare pro tota Eccleſia, etiam repugnantibus Epiſcopis, & Parochis? Idem dicendum eſt de Epiſcopo pro tota ſua Diœceſi repugnantibus Parochis.* Ex p.8. tr.1.reſ.55.p.42.

36. *An Pontifex poſſit delegare facultatem audiendi confeſſiones in perpetuum, & an privativè quoad Epiſcopos? Et an qui juriſdictionem habet à Pontifice, poſſit confeſſiones audire ubique terrarum, nulla licentia petita ab Ordinariis locorum; ſicut qui delegatam habet ab Epiſcopo, poteſt in tota Diœceſi? Et an qui delegavit juriſdictionem ſuo arbitrio, poſſit ſine alia cauſa revocare illam non ſolùm validè, ſed etiam licitè? Quæritur etiam, à quo videlicet Confeſſarius Papæ accipiat poteſtatem illum abſolvendi?* Ex part.8. tract.1. reſ. 83. p.44.

37. *An Summus Pontifex potuerit annullare confeſſionem factam cum Confeſſario non approbato ab Ordinario, ut patet in Concilio Tridentino,* ſeſſ.23. c. 15. de reformat. *Quæritur etiam, undè Sacerdos habeat juriſdictionem in foro Pœnitentiæ? Et ex doctrina hujus reſolutionis aliqua alia notabilia circa ſupradicta explanantur.* Ex p. 8. tr.1. reſ. 84. p.45.

38. *An non obſtante decreto ſupradicto Concilij Tridentini* ſeſſ.23.c.5.de reformat. *ſuppleat hodie Summus Pontifex juriſdictionem in aliquo caſu, ut Sacerdos non approbatus ab Epiſcopo poſſit excipere confeſſiones? Et quando Sacerdos excipit Epiſcopi confeſſiones, undè habeat juriſdictionem? Et alij quinque diverſi caſus ſæpius contingentes in praxi diſcutiuntur in textu hujus reſolutionis circa juriſdictionem Confeſſarij Epiſcoporum, Cardinalium, & familiæ illorum, & etiam Prælatorum Regularium pro eligendis ſibimet ipſis Confeſſariis.* Ex p.8.tr.1.reſ.85.p.47.

39. *Enumerantur alij caſus, in quibus Pontifex ſupplet juriſdictionem, ut Sacerdos non approbatus audiat confeſſiones.* Ex part.8. tract. 1. reſ. 86. p.49.

40. *An Summus Pontifex potuerit, & de facto conceſſerit regularibus, ut poſſint excipere alienas confeſſiones ſine licentia Parochi in ordine ad præceptum annuæ confeſſionis? Et quid de Sacramento Euchariſtiæ; an poſſint Religioſi laicis diſtribuere eam abſque licentia proprij paſtoris toto anno, excepto Feſto Paſchæ reſurrectionis?* Ex part.8. tractat.1. reſ. 88. p.51.

41. *An Pontifex in articulo mortis, ſaltem dum abeſt Sacerdos approbatus, ſuppleat, & conferat juriſdictionem ſimplici Sacerdoti illam non habenti? Et an Sacerdotes talē juriſdictionem in articulo mortis habeant à jure divino, ſeu à Deo immediatè, vel à Pontifice, & ab Eccleſia? Et an etiam, præſente Parocho, vel approbato, in articulo mortis Pontifex conferat juriſdictionem ſimplici Sacerdoti, ita ut illo præſente poſſit eligi à pœnitente, & abſolvi ab omnibus peccatis, & cenſuris quomodolibet reſervatis? Et an Pontifex, non ſolùm in articulo mortis, ſed etiam in periculo conferat ſupradictam juriſdictionem? Et an Pontifex poſſit prohibere, ne quis Sacerdos in extrema neceſſitate validè abſolvat?* Ex p.8.tr.1.reſ.90.p.53.

42. *Reſpondetur ad omnia argumenta contra ſententiam ſuperius poſitam in ordine ad illam practicandam, & aliqua alia curioſa invenies circa opinionum probabilitatem. Sed ex doctrina hujus reſolutionis oritur, an in articulo mortis poſſit quis cum Sacramento pœnitentiæ ſupplere præceptum contritionis? Sed adhuc remanet iſta difficultas, an ſit obligatio habendi contritionem in articulo mortis ex alio capite, ſcilicet diligendi Deum?* Ex part.8. tract. 1. reſol.91. p. 55.

43. *An Pontifex in articulo mortis tribuat facultatem abſolvendi Sacerdotibus ſciſmaticis & hæreticis? Et quid de excommunicatis & ſuſpenſis, an ſit neceſſarium, ut ſupradicti ſint à peccato mortali contritione, aut aliter juſtificati in ſupradicto caſu? Et an Summus Pontifex in articulo mortis ſuppleat juriſdictionem in laico ſaltem prima Tonſura initiato, ut poſſit abſolvere moribundum à cenſuris, qui non potuit confiteri?* Ex p.8.tr.1. reſ.92. p.57.

44. *An Summus Pontifex, etiamſi Sacerdos non ſit, poſſit tollere pœnitentias in ſacramentali confeſſione impoſitas? Et explanatur per Indulgentias non tantum indirectè, & mediatè, ſed etiam directè, & immediatè tolli ſacramentales pœnitentias. Ex quo etiam infertur non teneri pœnitentem ad ſervandam pœnitentiam, quam in vindictam ſuorum peccatorum in foro ſacramentali accepit, ſi probabiliter Indulgentias lucratus eſt? Et quia ſi pœnitentia ſit medicinalis?* Ex part.8. tract. 1. reſ.80. p. 59.

45. *An Pontifex per Indulgentias intendat non ſolum liberare à pœnitentiis injunctis in confeſſione, ſed etiam à non injunctis? Et diſcutitur, quid eſt ſentiendum de Indulgentiis antiquitus conceſſis? Et infertur, quod cùm conceditur Indulgentia 40. vel 100. dierum, vel annorum, non intelliguntur dies, vel anni pœnarum, quas in Purgatorio eramus ſoluturi.* Ex part.8.tract.1.reſ.81. p.60.

46. *An Pontifex poſſit diſpenſare, ut aqua vino conſecrando non miſceatur? Et an neceſſitas admiſcendi aquam vino conſecrando proveniat ex præcepto divino, aut Eccleſiaſtico? Et an permittendus ſit Armenis mos conſecrandi in ſolo vino abſque aqua, ſicut Græcis conſecrandi in fermentato?* Ex part.8. tract.1. reſ.22. pag. 62.

47. *An Pontifex poſſit diſpenſare, ut conſecratio Euchariſtiæ efficiatur ſub una tantum ſpecie? Et an præceptum conſecrandi Euchariſtiam ſub utraque ſpecie ſit divinum, vel humanum? Et an ſit falſum Innocentium VIII. diſpenſaſſe, ut aliquæ nationes conſecraſſent ſub ſpecie tantum panis, & hoc conceſſiſſe Norvegis?* Ex part.8. tr.1. reſol.23. p.63.

48. *An Pontifex poſſit in aliquo caſu facultatem præbere, ut plures Sacerdotes ſimul conficiant Euchariſtiam? Et dubium eſt, quomodò id licitè poſſit fieri? Et deciditur, quam intentionem habere debeant Sacerdotes noviter ordinati, quando cum Epiſcopo in Miſſarum ſolemniis concelebrant. Et notatur, quod Epiſcopus, qui conſecratur, celebrat cum Epiſcopo conſecrante; & olim Presbyteri Cardinales ſimul cum Pontifice concelebrare conſueverunt. Et an in Eccleſia Græca ſoleat alius Sacerdos ſimul cum Epiſcopo celebrare?* Ex p. 8. tr.1. reſ.44. p.64.

49. *An Pontifex potuerit prohibere, ne laici ſumant Communionem ſub utraque ſpecie? Et an jure divino præcepta ſit Communio ſub utraque ſpecie? & qui ſub una ſola ſpecie communicat, impleat præceptum, quo dicitur,* niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, &c. *Et notatur, quod hodie Cardinalis Diaconus miniſtrans Summo Pontifici communicat ſub utraque ſpecie; & ſimiliter Rex Franciæ in ſua inauguratione. Et tandem quæritur, an aliquando ſit licitum laico ſanguinem ſumere?* Ex part. 8. tractat. 1. reſol. 24. pag. 65.

50. *An Pontifex, ſicut potuit præcipere tantum uſum panis, potuerit etiam præcipere tantum uſum ſanguinis? Et notatur olim in Græcia mos fuiſſe iis infirmis, qui præ ægritudine ſpeciem panis deglutire non poterant, ſolam ſpeciem vini, argentea cochlea, in os effundere. Et quid de cōſuetudinibus Græcorum, Æthiopum, Moſcovitarum, & Pariſiorum in*

*conventu Cluniacenſis & de Diacono Cardinali Romæ in Miſſa Papali ſibi, & aliis Cardinalibus miniſtrante Euchariſtiam ſub utraque ſpecie?* Ex part. 8. tract. 1. reſol. 25. p. 67.

51. *An Pontifex poſſit eximere aliquem à præcepto Communionis annuæ? Et an Pontifex teneatur ad præceptum annuæ Communionis? Et an quamvis Pontifex peccet mortaliter, ſi illud non obſervet, non incurrat tamen excommunicationem propter hoc, nec poſſit declarari, aut Eccleſiaſtica ſepultura privari, nec contra eum ſententiam ferri de incurſione delicti?* Ex part. 8. tractat. 1. reſol. 26. p. 68.

52. *An Pontifex poſſit præceptum annuæ Communionis penitus abrogare? Et an Pontifex ſine cauſa abrogaret ex toto, & inſolidum prædictum præceptum, quamvis peccaret, valeret tamen prædicta abrogatio? Et an poſſit Pontifex reſtringere præceptum ipſius Euchariſtiæ? Et an in primitiva Eccleſia fuerit præceptum quotidie communicandi? Et advertitur, quam cautè debeant procedere Confeſſarij in concedenda licentia laicis de Communione quotidiana?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 27. p. 69.

53. *An Pontifex poſſit concedere facultatem, ut Euchariſtia miniſtretur infantibus ante uſum rationis? Et an hoc expediat, & teneatur hoc facere, quando infantes ſunt in articulo mortis, quia præceptum ſumendi Euchariſtiam extat etiam de jure divino? Et quid circa hoc factum ſit in diverſis locis, & Regionibus, in textu hujus reſolutionis explanatur. Et an ſi infantes caſu invenirent Hoſtiam, vel vinum conſecratum, & ex gula, vel levitate puerili Sacras ſpecies ſumerent, acciperent ne gratiam ſacramentalem?* Ex part. 8. tractat. 1. reſol. 45. pag. 70.

54. *An Summus Pontifex poſſit concedere, ut ſæpius in die Euchariſtia ſumatur? Et an eodem die ſæpius communicare non ſit prohibitum jure divino? Et an in aliquo caſu, non obſtante Eccleſiaſtica prohibitione; poſſit quis ſumere Euchariſtiam bis in die, & Sacerdos duas Miſſas celebrare? Et an Cardinalis in Miſſa Papali Natitivitatis Domini ſumens Euchariſtiam è manu Pontificis poſſit antea, vel poſtea dicere ſaltem duas Miſſas? Idem dicendum eſt de Canonico Baſilicæ D. Petri, qui in die Nativitatis Domini cantat Evangelium in Miſſa & ſumit Euchariſtiam à Sacerdote celebrante. Et an alij Sacerdotes non poſsint extra Miſſam bis, aut ter communicare in illa die Nativitatis Domini?* Ex part. 8. tract. 1. reſol. 87. p. 71.

55. *An Pontifex poſsit diſpenſare, ut Sacerdos celebret, vel laicus ſumat Euchariſtiam non jejunus? Et an in aliquibus caſibus licitum ſit ſumere Euchariſtiam fracto jejunio? Et an ſingulo quoque anno Pontifex diſpenſet in jejunio ſaltem tacitè cum Cardinali, qui celebrat coram in nocte Nativitatis Domini; vel an pro illa nocte in ejus Capella Pontifex anticipet diem naturalem? Et quid Venetiis de primicerio S. Marci ante mediam noctem in illa die celebrante?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 89. pag. 73.

56. *An Pontifex poſsit diſpenſare, vel laici, vel etiam fœminæ in articulo mortis miniſtrent Sacramentum Euchariſtiæ ſibi, & aliis? Et an purus laicus, & etiam fœmina non egeat diſpenſatione, ut poſsit miniſtrare hoc Sacramentum infirmo, aut ſibimet in articulo mortis? Et an peccet mortaliter laicus, qui in peccato mortali defert Euchariſtiam ad infirmum ob extremam neceſsitatem illius? Et ex ſupradicta quæſtione deducitur, an in caſu neceſsitatis poſsit Sacerdos ſeipſum communicare? Et quid devotionis cauſa, & qualibet diei hora, modo ſit jejunus, & abſit ſcandalum?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 48. ibid.

57. *An Pontifex poſsit præcipere uſum Sacramenti Extremæ Unctionis, & contra tranſgreſſores pœnam imponere? Et an ſit præceptum in articulo mortis ſuſcipiendi Sacramentum Extremæ-Unctionis? Et dum tale præceptum non extat, ſecluſo contemptu & ſcandalo, an omiſsio hujus Sacramenti non inducat peccatum mortale non ſolum in infirmis, ſed etiam à fortiori in illis, qui curam gerunt de ipſis, ut in conjuge, Domino, patre, tutore, &c? Et an per accidens hoc Sacramentum poſsit alicui eſſe ad ſalutem neceſſarium? Et diſcutitur, an ſit præceptum divinum ſumendi etiam Euchariſtiam?* Ex part. 8. tract. 1. reſol. 58. p. 75.

58. *An Pontifex poſsit præbere facultatem presbyteris benedicendi oleum Extremæ-Unctionis? Et an hæc benedictio neceſſario debeat fieri per Epiſcopum?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 30. p. 76.

59. *An Pontifex aliquando ſuppleat juriſdictionem in Miniſtro Extremæ-Unctionis? Et ſupponitur, quod ſolus Sacerdos eſt Miniſter Extremæ-Unctionis; quare quævis Unctio à laico, imò à Diacono in quocumque eventu facta non erit Sacramentum. Et an ad hoc Sacramentum miniſtrandum non requiratur, ut Sacerdos ſit expoſitus, & ad confeſsiones audiendas approbatus? Et an Parochus publicè excommunicatus poſsit licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum miniſtrandum? Et explanatur, quod & ſi validè hoc Sacramentum à quovis Sacerdote adminiſtrari poſsit, non tamen licitè niſi in extrema neceſsitate, vel de proprij paſtoris tacita ſaltem licentia; quare Religioſi, qui ſine licentia ſpeciali paſtorum perſonis non religioſis hoc Sacramentum, vel Euchariſtiam conferunt, incurrunt pœnam excommunicationis ipſo facto.* Ex p. 8. tr. 1. reſol. 56. p. 77.

60. *An Pontifex poſsit permittere, ut tempore peſtis ex penuria Sacerdotum poſsit miniſtrari Sacramentum Extremæ-Unctionis unica Unctione? Et an in periculo contagij ſufficiat unica Unctio in aliqua corporis parte? Et inter alia, quæ circa hoc explanantur, tandem infertur Parochum tempore peſtis non teneri adminiſtrare Sacramentum Extremæ-Unctionis cum periculo vitæ, ſi infirmus ſaltem confeſſus fuerit. Et explanatur licitum eſſe in adminiſtratione Sacramenti uti opinione probabili, relicta probabiliori.* Ex p. 8. tr. 1. Reſ. 21. p. 78.

61. *An Pontifex in conſecratione Epiſcopi poſsit diſpenſare, ut adſit tantum unus Epiſcopus? Et an ad valorem talis ordinationis requiratur, ut fiat à tribus Epiſcopis?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 31. p. 81.

62. *An Epiſcopus ordinans in Epiſcopum infantem ante uſum rationis, validè illum ordinet? Et an infantes ſint capaces Ordinum ante uſum rationis?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 32. p. 83.

63. *An Pontifex poſſit ſolo verbo Sacerdotes creare? Et ſimili modo quæritur, an Pontifex poſſit ſolo verbo quem in Epiſcopum creare? Et an Papa poſſit tollere ab Epiſcopo facultatem validè confirmandi, & ordinandi, ita ut, ſi ille tentet aliquem ordinare, aut confirmare, nihil efficiat?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 28. p. 84.

64. *An Pontifex poſſit tollere poteſtatem Epiſcopis circa Sacramentalia? Et diſcutitur, an minores Ordines, & Subdiaconatus ſint ſolum Sacramentalia, & non Sacramenta; & ideò poſſit Pontifex ab Epiſcopo auferre poteſtatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 29. ibid.

65. *An Summus Pontifex poſſit habere invalidas collationes minorum Ordinum factas ab Epiſcopis excommunicatis, ſuſpenſis, &c? Et quid, quoad collationem primæ Tonſuræ? Et explanatur, quod Epiſcopus hæreticus, ſchiſmaticus, aut degradatus validè poſſit Ordines conferre. Et an Ordines minores ſint Sacramenta? Et quid de Tonſura?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 41. ibid.

66. *An Pontifex poſſit diſpenſare; ne contractus phyſicus inſtrumentorum adhibeatur in Sacramento Ordinis? Et diſcutitur, an contractus inſtrumentorum in ſumendis Ordinibus ſit de neceſſitate Sacramenti?* Ex part. 8. tr. 1. reſ. 40. p. 86.

67. *An Summus Pontifex poſſit permittere, ut Græci adminiſtrent*

miniſtrent Sacerdotium ſine inſtrumentorum porrectione? Et multa alia invenientur in textu hujus reſolutionis circa materias Sacramenti Ordinis. Ex part. 8. tr. 1. reſ. 42. p. 87.

68. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut ſimplex Sacerdos conferat Ordines minores? Et notatur Epiſcopum non poſſe non Epiſcopo committere poteſtatem conferendi Ordines etiam minores, ſique committat, nihil fieri. Et an Cardinales Presbyteri poſſint conferre Ordines minores? Ex p. 8. tract. 1. reſ. 33. p. 90.

69. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut ſimplex Sacerdos conferat Ordinem Subdiaconatus? Et pro praxi hujus quæſtionis adducitur quædam Bulla Papæ, in qua conceditur quibuſdam Abbatibus Ordinis Ciſtercienſis, ut poſſint conferre Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus Religioſis ejuſdem Ordinis. Ex part. 8. tract. 1. reſ. 34. pag. 91.

70. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut ſimplex Sacerdos conferat Ordinem Diaconatus? Et privilegia conceſſa aliquibus Abbatibus conferendi Subdiaconatum & Diaconatum, an hodie ſint revocata per Concilium Tridentinum. Ex p. 8. tr. 1. reſ. 35. ibid.

71. An ex commiſſione Summi Pontificis poſſit ſimplex Sacerdos Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus conferre? Et an de Minoribus Ordinibus non ſit difficultas, quia modo ea facultas conceſſa eſt Cardinalibus etiam non Epiſcopis, & Abbatibus exemptis. Ex p. 10. tr. 16. & Miſc. 6. reſ. 22. alias 21. p. 92.

72. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut ſimplex Sacerdos ex commiſſione conferat Ordinem Presbyteratus? Et notatur poteſtatem committendi hoc miniſterium, jure divino Pontifici Summo, & Eccleſiæ convenire. Ex p. 8. tr. 1. reſ. 36. p. 93.

73. An Summus Pontifex ante conſecrationem poſſit concedere ſimplici Sacerdoti, ut conferat minores, & majores Ordines? Sed notatur, quod licet Miniſter Ordinarius Sacramenti Confirmationis ſit Epiſcopus, ex commiſſione tamen Pontificis poteſt eſſe ſimplex Sacerdos. Ex part. 8. tr. 1. reſ. 37. p. 94.

74. An Pontifex poſſit dare facultatem, ut Diaconus alium Diaconum, vel ſaltem Subdiaconum ordinet? Ex p. 8. tr. 1. reſ. 38. ibid.

75. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut fœmina prima Tonſura, vel minoribus Ordinibus initietur? Et an fœmina jure divino ſit incapax Sacramenti Ordinis? Et explanatur, quod Abbatiſſæ ſuas Moniales benedicere, Evangelium legere, aut prædicare non poſſunt. Et quæritur etiam, an Pontifex poſſit delegare poteſtatem ferendi cenſuras fœminæ? Et an Pontifex poſſit laico infideli etiam eam poteſtatem ferendi cenſuras committere? Et an Infidelis poſſit eſſe arbiter inter Chriſtianos? Ex p. 8. tr. 1. reſ. 39. ibid.

76. An Pontifex poſſit infantem ante uſum rationis Sacris Ordinibus initiatum reddere inhabilem ad matrimonium? Et an de facto Pontifices hoc fecerint? Et an poſſit Eccleſia conſtituere, ne in poſterum ad primam tonſuram, vel ad Ordines minores promoveantur, niſi qui ſe voto caſtitatis ſolemni adſtrinxerint, ſicut præcepit de Ordinibus ſacris? Ex parte octava, tractatu 1. reſolut. 43. pag. 97.

77. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut Sacris Ordinibus initiatus matrimonium contrahat? Et deciditur nullum eſſe jus divinum prohibens matrimonium, vel uſum ejus ordinatis in Sacris; atque adeò non eſſe in illis de jure divino continentiam perpetuam; tametſi ea ſit quid juri divino maximè conſentaneum, quod idem dicendum eſt de Epiſcopis. Et diſcutitur, an ea obligatio ſit ſolum ex Eccleſiæ præcepto directè præcipiente illis caſtitatem, vel immediatè ſit ex voto caſtitatis in Ordine Sacro tacitè emiſſo? Ex p. 8. tr. 1. reſ. 72. p. 98.

78. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut Religioſus uxorem ducat? Et curſim explanatur, an ſuper habenda proprietate poſſit etiam Pontifex diſpenſare cum aliquo Monacho? Ex p. 8. tr. 1. reſ. 73. p. 99.

79. An Pontifex, ne remaneat extincta quædam Illuſtris Familia, poſſit præbere licentiam ut Eques Religionis Jeroſolymitanæ tranſeat ad Religionem Divi Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. Ex quo infertur, An Pontifex poſſit diſpenſare in voto ſolemni Religionis? Et quid de voto ſolemni paupertatis? Et ſupponitur poſſe, & ſolere Summos Pontifices præbere licentiam, ut aliquis Religioſus tranſeat ex una Religione ſtrictiori ad aliam laxiorem juſta exiſtente cauſa. Et quæritur, an prædicti Equites D. Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &c. ſint veri Religioſi, & poſſint eligere Confeſſarium ab Ordinario non approbatum, & gaudere privilegio Canonis, fori, & exemptione gabellarum; & in multis aliis comprehendantur ut Religioſi? Et infertur, quod ſi Capucinus, Minimus, Mercenarius cum licentia Pontificis tranſiret ad Canonicos Regulares, vel ad Carmelitas Clauſtrales, &c. non tenerentur ad votum paupertatis tam rigidè, ut antea; nec ad votum quadrageſimale; nec ad votum redemptionis captivorum. Et an diſſolvatur vinculum prioris profeſſionis, ſi Religioſus profeſſus legitimè tranſeat ad alium Ordinem, ut ibi denuò profiteatur? Et docetur, quæ cauſa ſit juſta ad diſpenſandum in voto ſolemni Religionis? Et an in ſecundo gradu nunquam diſpenſetur niſi inter magnos Principes? Ex p. 10. tract. 12. & Miſc. 2. reſol. 1. p. 101.

80. An Summus Pontifex poſſit diſpenſare, ut ſocer ſumat in uxorem nurum ſuam? Et aſſeritur jure naturæ nullum eſſe matrimonium inter novercam, & privignum, inter vitricum & privignam; & inter omnes affines in primo gradu lineæ rectæ, quales ſunt etiam gener, & ſocrus; ſocer & nurus. Et an non raro Pontifices diſpenſent pro foro conſcientiæ in dicta affinitate orta ex copula fornicaria? Et an matrimonium inter fratrem & ſororem ſit irritum jure naturæ? Et an, juſta concurrente cauſa, in eo diſpenſare Pontifex poſſit? Ex part. 4. tract. 4. & Miſc. reſ. 93. p. 105.

81. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut matrimonium ineatur inter privignum & novercam, vel privignam & vitricum; ſocrum & nurum; aut ſocrum & generum? Et an poſſint Pontifices ex juſta cauſa diſpenſare, ut affines in primo gradu lineæ rectæ inter ſe matrimonium contrahant? Et an affinitas dirimat matrimonium ipſo jure naturæ? Et explanatur, quod ſi quis in infidelitate fuiſſet copulatus matrimonio ſuæ novercæ validum fuiſſe matrimonium patre defuncto, nec eſſe diſſolvendum, cum ad Fidem converteretur. Idem dicendum eſt, ſi quis duceret eam, quam Parens fornicariè cognovit. Ex p. 8. tract. 1. reſ. 67. p. 107.

82. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut quis contrahat matrimonium cum uxore fratris ſui, vel ut fœmina nubat viro ſuæ ſororis? Ex quo deducitur, quod nullus affinitatis gradus in linea tranſverſa dirimit matrimonium jure naturæ. Ex part. 8. tractatu primo, reſolut. 68. pag. 109.

83. An Pontifex poſſit diſpenſare ex juſta cauſa, ut matrimonium ineatur inter avum & nepotem, vel inter aviam, & nepotem? Et docetur matrimonium inter avum & neptem; & inter nepotem & aviam eſſe validum jure naturæ. Ex p. 8. tr. 1. reſ. 69. p. 110.

84. An Pontifex poſſit diſpenſare, ut fratres, & ſorores contrahant inter ſe matrimonium? Et explanatur, an matrimonium fratris cum ſorore ſit jure naturali nullum? Ex p. 8. tr. 1. reſ. 70. p. 111.

85. An poſſit dari caſus, quod Pontifex poſſit præcipere Patri, ut ſumat in uxorem filiam ſuam? Et in primis quæritur, an matrimonium inter patrem & filiam ſit jure naturæ irritum? Et an, ſi daretur caſus, quod in mundo ſupereſſent tantum Pontifex, Pater, & filia, an Summus Pontifex teneretur ſumere in uxorem illam fœminam, & diſpenſare ſecum in cœlibatu? Et quid

quid, ſi in ſupradicto caſu Pontifex fuiſſet impotens, & inhabilis ad contrahendum? Ex part. 8. tract. 1. reſol. 71. p. 112.

86. *An Pontifex poſſit diſpenſare; ut fidelis matrimonium contrahat cum Infideli, vel hæretica? Et an matrimonium fidelis cum Infideli non ſit irritum neque jure divino, neque jure naturali, ſed tantum jure Eccleſiaſtico? Idem dicendum eſt de matrimonio fidelis cum hæretica. Et an in locis, in quibus conſuetudine legitima derogatum eſt, ne petatur diſpenſatio ad contrahendum matrimonium cum Hæreticis, procedat etiam in Regibus?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 74. p. 125.

87. *An Pontifex poſſit diſpenſare in radice matrimonij, ita ut legitimatus ſuccedat etiam ad temporalia? Et advertitur Pontificem graviter peccaturum, ſi ſine aliqua magna cauſa hanc legitimationem, ſeu diſpenſationem in radice concederet. Et ex doctrina ſupradictæ quæſtionis infertur, an vocatus ad feudum, Majoratum, fideicommiſſum, & ideo excluſus, quia profeſſus in approbata Religione, vel in Sacris init atus, ſi à Papa diſpenſetur, ut nubat; an iſte ſic diſpenſatus ſuccedat in Majoratu, feudo, & fideicommiſſo, non obſtante, quod ſubſtitutus in pacifica maneat poſſeſſione?* Ex part. 8. tract. 1. reſol. 75. p. 116.

88. *An poteſtas ſtatuendi impedimenta matrimonij ſpectet privativè ad Summum Pontificem? & ſicut jus integrum eſt Summo Pontifici in univerſa Eccleſia impedimenta matrimonium dirimentia ſtatuere, an ita Epiſcopis in ſuis Diœceſibus?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 76. p. 118.

89 *An Pontifex habeat poteſtatem eximendi fideles ab impedimentis conſtitutis à Principibus Ethnicis, ſi in eorum Provinciis habitent? Et ſi quis Iudæus ſit ſubditus Regis infidelis; an in illis ſervandis impedimentis ſubjaceat eidem Regi? Et quid eſt dicendum, ſi ſubditus ſit Romani Pontificis, ut Romæ Iudæi degentes; an ei ſubjaceant in ſtatutis impedimentis in Eccleſia pro ſolis baptizatis?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 77. p. 119.

90. *An Pontifex poſſit ſupplere conſenſum in matrimonio, vel ſaltem præcipere, ut ab aliquibus contrahatur? Et an Deus aliquando conjunxerit matrimonium inter aliquos ſine illorum conſenſu?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 82. p. 120.

91. *An Pontifex poſſit conſtituere impedimenta dirimentia, & potuerit irritare matrimonia clandeſtina, ut patet in Concilio Tridentino* ſeſſ. 24. c. 1. de Matrimonio? *Et an ſit licitum contrahere clandeſtinum matrimonium, ita ut ſit ratum? Et notatur Eccleſiam habere poteſtatem ad irritandos contractus immediatè, & directè ad reddendos eos nullos, & habere etiam poteſtatem ad irritandas perſonas ad tales contractus, quod eſt irritare ipſos contractus indirectè.* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 59. p. 121.

92. *An poſſit Pontifex aliquos privatos reddere inhabiles ad contrahendum matrimonium?* Ex part. 8. tract. 1. reſol. 60. p. 123.

93. *An Pontifex ſine juſta cauſa irritando aliqua matrimonia ſint invalida?* Ex part. 8. tractat. 1. reſolut. 61. p. 124.

94. *An Pontifex habeat poteſtatem ſolvendi matrimonium ratum, ſed nondum conſummatum? Et an etiam poſſit in dicto caſu diſpenſare ob communem pacem, altero ex contrahentibus invito? Et an non ſit de jure divino, nec naturali vinculum, ſeu ſeparationis prohibitio talis matrimonij rati, & non conſummati? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in matrimonio rato? Et notatur aliquem evectum ad Pontificatum ante matrimonium conſummatum poſſe diſpenſare in ſuo matrimonio rato. Et quid in tali caſu faciendum eſt, ſi matrimonium ſit conſummatum?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 62. ibid.

95. *An Pontifex poſſit diſpenſare, ſeu potius diſſolvere matrimonium ratum, & non conſummatum? Et quid circa hoc ipſum de Epiſcopis? Et diſcutitur, an quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, poſſit Epiſcopus in ſua Diœceſi? Et infertur, an Princeps Gentilis poſſit diſſolvere matrimonia rata ſuorum ſubditorum?* Ex part. 8. tractat. 3. reſ. 97. p. 126.

96. *An Pontifex ſine cauſa poſſit diſſolvere vinculum matrimonij rati? Et notatur, quod poſita gravi cauſa Pontifex non neceſſario requirat conſenſum partium ad diſſolvendum matrimonium, ſed id poſſit, etiam eis invitis, quamvis non expediat. Et an Pontifex poſſit legem ferre, ut matrimonium ratum per conſequens conſummatum diſſolvatur? Et notatur, quod matrimonia, ſeu rata, ſeu conſummata Infidelium non baptizatorum non poteſt Pontifex ſua Pontificia poteſtate diſpenſando ſolvere. Et an ſit circa hoc alia ratio Hæreticorum? Et quid, ſi Pontifex habeat ſupremam juriſdictionem temporalem in quoſdam Infideles?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 63. p. 127.

97. *An Pontifex poſſit diſſolvere matrimonium ratum, & non conſummatum ſolum inter magnos Principes? Et explanantur cauſæ diſpenſandi in matrimonio rato. Et an Pontifex lege univerſali ſtatuere poſſit, ut matrimonium ratum diſſolvatur per ſubſequens matrimonium conſummatum?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 65. p. 128.

98. *An Epiſcopus in caſu aliquo raro poſſit diſſolvere matrimonium ratum, & non conſummatum? Et docetur quod non poteſt Epiſcopus diſpenſare in aliquo eventu in profeſſione ſolenni Religioſorum. Et adducitur etiam, an Epiſcopus in ſua Diœceſi poſſit, quidquid Papa poteſt in tota Eccleſia, niſi ab eo prohibeatur?* Ex part. 8. tract. 1. reſ. 64. p. 129.

99. *An poſſit Pontifex diſpenſare in matrimonio conſummato Infidelium, quando ambo baptizantur? Et an Pontifex ex cauſa poſſit diſpenſare in matrimonio fidelium conſummato?* Ex p. 8. tr. 1. reſ. 66. p. 130.

100. *An Pontifex poſſit transferre Epiſcopum ex una Eccleſia ad aliam ob pinguiores redditus, & quonam jure ſit prohibita tranſlatio Epiſcopi ex una ad alteram Eccleſiam, an jure divino, an Eccleſiaſtico? Et cur Pontifex hoc matrimonium ſpirituale per conſecrationem conſummatum magis diſſolvere poſſit, quam carnale conſummatum? Et in textu hujus Reſolutionis cauſæ iſtæ apponuntur ad hoc faciendum. Et curſim infertur poſſe Epiſcopum cogere Parochum digniſſimum, ut ſe apponat concurſui alicujus Beneficij curati, aut Canonicatus Magiſtralis. Et breviſſimè deducitur, quod vinculum matrimonij carnalis morte ſolvitur, itaut non teneatur redire ad uxorem reſuſcitatus.* Ex p. 11. tr. 4. & Miſc. 4. reſ. 40. ibid.

101. *An Papa ſit Dominus bonorum Eccleſiaſticorum & beneficiorum; ita ut de potentia abſoluta poſſit privare quoſlibet Prælatos, vel Beneficiarios etiam ſine cauſa; & bona Eccleſiæ arbitratu ſuo alienare poſſit? Vel de plenitudine poteſtatis an poſſit dare bona Eccleſiæ, Monaſterij, &c. cui voluerit; & res unius Eccleſiæ, vel Monaſterij in aliam Eccleſiam, vel pium uſum transferre? Sed curſim docetur, quod ſi aliquis aliquid acceperit à Papa ſine cauſa dante, tenetur reſtituere.* Ex p. 11. tract. 3. & Miſc. 3. reſ. 14. p. 132.

102. *An Pontifex, ſi propter tremorem manus dexteræ non poteſt elevare Calicem, nec frangere Hoſtiam, poſſit ſecum diſpenſare ſuper hos Ritus, & Cæremonias, ut Miſſam celebret? Et an habeat juſtam cauſam diſpenſandi ſuper hoc? Et an ad id teneatur? Et quæritur, & diſcutitur, an fractio, & miſtio Hoſtiæ pertineant ad eſſentiam Sacrificij? Et an Pontifex poſſit diſpenſare cum aliis ſuper ſupradictos Ritus? Et notatur Regem Galliæ ex diſpenſatione aliquoties in communione ſumere utramque ſpeciem; & Carthuſienſes non elevare ſacrum Calicem pro conſervatione ſuarum cæremoniarum. Et aſſeritur Principem ſupremum poſſe licitè diſpenſare abſque cauſa. Et docetur in ſumptione utriuſque ſpeciei non concedi abundantiorem gratiam, quam ſub una tantum. Et an ſit obligatio præcepti Divini celebrandi Miſſam ſaltem ter, vel quater in anno? Et diſcutitur, an habens privilegium Bullæ Cruciatæ audiendi Miſſam tempore interdicti, & habens breve audiendi Miſſam*

*in privato Oratorio, teneatur illam audire? Et advertitur, quod licet quis ex præcepto divino teneatur integrè confiteri, tamen pro adimpletione talis præcepti non tenetur adhibere medium, etiamſi facilè poſſet, ut ſcribere peccata; etiamſi certo ſciat, tempore confeſſionis non omnia in memoriam occurrenda. Item pro adimplendo præcepto annuæ confeſſionis, ſi pœnitens v.g. eſſet mutus, vel Confeſſarius ſurdus, non tenetur pœnitens confiteri per ſcripturam, etiamſi commodè poſſet hoc facere. Item ſimiliter excommunicatus, aut interdictus, licet facilè poſſit abſolutionem à cenſura obtinere, excuſatur tamen à præcepto Miſſæ, ſi illam non obtineat.* Ex part. 12. tr. 3. & Miſc. reſ. 3. p. 134.

## DISCEPTATIONES APOLOGETICÆ,

### De primatu ſolius D. Petri ac differentia inter ipſum, & D. Paulum. pag. 138.

*An Divus Paulus fuerit Pontifex, & caput Eccleſiæ cum D. Petro?* ibid.

Sectio 1. *An Primatus Eccleſiæ fuerit collatus ſoli D. Petro privativè quoad alios?* ibid.

2. *An D. Paulus quoad Primatum Eccleſiæ fuerit ſubditus D. Petro, licèt æqualis quoad Apoſtolatum.* p. 143.

3. *Continens Reſponſiones ad argumenta adducta ab Anonymo pro Primatu D. Pauli.* p. 151.

## DISCEPTATIO APOL. POSTERIOR,

### Continens Reſponſiones ad plura loca Sanctorum Patrum in manuſcripto cujuſdam Anonymi pro novo Papatu D. Pauli perperam intellecta. p. 160.

Sect. 1. *Reſponſiones ad ſcripturam cujuſdam Anonymi in favorem novi Papatus D. Pauli.* ibid.

2. *Reſponſiones ad loca Summorum Pontificum.* p. 161.

3. *Reſponſiones ad loca Sanctorum Patrum.* p. 163.

4. *Reſponſiones ad loca Eminentiſſimorum Cardinalium.* pag. 167.

---

### Appendix ad ſupradictum Tractatum primum hujus Tomi Tertij de Poteſtate Pontificis quoad Sacramenta, & etiam quoad alia.

*An Pontifex poſſit mutare Sacramentalem pœnitentiam extra judicium ſacramentale per applicationem Indulgentiæ? Et an Pontifex poſſit alicui de Eccleſia benemerito ſine injunctione ullius operis Indulgentiam concedere eo fine, ut alios ad ſimilia merita excitet? Et an valeat Indulgentia, ſi cauſa, ob quam data eſt, non ſit omnino ſufficiens, modo Pontifex prudenter cenſeat eſſe ſufficientem?* Ex part. 9. tract. 9. ex reſ. 55. aliàs 54. & ex part. 10. tract. 16. ex reſ. 3. *Quæ prima nunc invenietur* in tom. 1. tr. 6. de ſatisfactione ſacramentali reſ. 9. *Secunda verò reperietur* in tom. 4. tract. 5. de Indulgentiis reſ. 2.

*An Pontifex, ſi non poſſit penitus ab Epiſcopali Ordine poteſtatem reſervandi tollere, poſſit tamen illam reſtringere, aut limitare tanquam Supremus juriſdictionis Collator: & ideo ſi Pontifex Epiſcoporum poteſtatem vellet reſtringere, pluſquam par eſt, reſtricta, & limitata erit? Et ſupponitur poſſe Summum Pontificem reſervare peccata pro tota Eccleſia. Et an privilegia à Pontifice conceſſa, ut à peccatis reſervatis Epiſcopo abſolvamur, intelligantur independenter ab ipſo Epiſcopo?* Ex p. 10. tract. 12. ex reſ. 18. *Quæ hic eſt* in tom. 1. tr. 5. de Reſervatis reſ. 22.

*An per alium inferiorem à Papa ob quamcumque neceſſitatem non poſſit concedi facultas celebrandi in navi exiſtente in mari, aut flumine? Et an ſi Sacerdos cæcus conſecraret ſine Pontificia diſpenſatione, peccaret mortaliter & graviter? Et an facultas celebrandi, capite cooperto, ſpectet tantum ad Summum Pontificem?* Ex part. 5. tr. 3. ex reſ. 40. & in tract. 6. ex reſ. 27. & in part. 2. tr. 14. ex reſ. 58. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Miſſarum reſ. 135. 138. & 139.

*An Pontifex Altaria privilegiata pro vivis concedere poſſit?* Ex part. 9. tract. 2. ex reſol. 18. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. tract. 1. de Altaribus privilegiatis reſolut. 25.

*An ſi Summus Pontifex ex iniquitate nollet concedere facultatem Diacono, ut in articulo mortis communicet ægrotum, poſſit in tali caſu Diaconus deferre Viaticum moribundo ex voluntate & commiſſione Chriſti?* Ex part. 9. tract. 6. ex reſ. 38. alias 39. *Quæ hic eſt* in tom. 2. tr. 2 de Communione reſ. 65.

*An ex commiſſione Pontificis poſſit ſimplex Sacerdos conferre aliquos Ordines, dummodo illos, quos confert, habeat?* Ex part. 8. tract. 2. ex reſol. 4. *Quæ nunc invenietur* in tom. 2. tract. 5. de Sacramento Ordinis reſol. 27.

*An ſtatuere impedimenta matrimonij non ad Epiſcopum, ſed ad Pontificem ſpectet? Et an ſi Pontifex prohibeat Parocho, ne aſſiſtat tali matrimonio, ſi aliter factum ſit, & Parochus de facto aſſiſtat tali matrimonio, validum ſit tale matrimonium?* Ex part. 10. tract. 11. & reſ. 23. & in part. 4. tract. 4. ex reſol. 85. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio reſol. 70. & 95.

*An Papa ſub mortali teneatur ad recitandum Horas Canonicas, ad jejunandum, &c?* Ex part. 6. tract. 7. ex reſ. 3. *Quæ hic eſt infra in hoc ipſomet* tom. 3. tract. 6. de Horis Canonicis reſolut. 1. vel in tom. 1. tract. 3. reſ. 48.

*An Summus Pontifex poſſit ſecum diſpenſare in omnibus illis in quibus cum ſubditis poſſit diſpenſare?* Ex part. 10. tract. 14. ex reſol. 7. alias 25. *Quæ hic eſt in proximo ſequenti* tract. de Diſpenſatione reſ. 6.

*Nota quod prædictus Tractatus proximus & ſequens de Diſpenſatione totus eſt plenus quæſtionibus pro poteſtate Pontificis circa diverſas diſpenſationes; & quia propè eſt tractatus, require ibi quidquid ſupradicta deſiderare potes.*

*An Papa poſſit imponere irregularitatem aliquam ob peccatum veniale?* Ex part. 4. tract. 4. ex reſ. 41. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate reſol. 1.

*An ſi quis cum Pontifice ſciente committeret Symoniam, incidat in pœnas, ſi Papa expreſſè cum ipſo non diſpenſaret? Et an Pontifex incurrat crimen, & pœnas Symoniæ juris poſitivi?* Ex part. 10. tract. 16. ex reſol. 16. alias 15. *Quæ hic eſt* in tom. 5. tract. 7. de Symonia reſol. 1.

*An Inquiſitores poſſint procedere contra Papam in hæreſim comprehenſum? Et an quando Inquiſitores incidunt in excommunicationem latam in* Clement. 1. de Hæreticis, *ſi non procedant contra Hæreticos, non poſſint abſolvi, excepto à Romano Pontifice, præter quam in articulo mortis?* Ex part. 4. tr. 8. ex reſ. 58. & 37. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 10. de Inquiſitoribus reſ. 9. & 32.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# Index Tractatuum,

*An liceat abſque metu excommunicationis* C. Si quis ſuadente, &c. *percutere Pontificem pro defenſione neceſſaria?* Ex p.5. tr.5. ex reſ.2. *Quæ hic eſt* in tom.8. tr. 5. de Homicidio reſ.17.

*An Summus Pontifex teneatur ſuperflua ex ſuis redditibus elargiri in eleemoſynas? Et an Papa ex cauſa poſſit in hoc præcepto diſpenſare cum Clericis, Epiſcopis, & Cardinalibus? Et an hoc præceptum ſit humanum, & Eccleſiaſticum?* Ex part.5. tr.8. ex reſ.28. & in part. 10. tract.11. ex reſol. 35. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tract.7. de Eleemoſyna reſ.19. & 20.

*An Cardinalatus ſit ordo, & poſſit Papa illum extinguere? Et an Pontifex poſſit extinguere Patriarchas, & Archiepiſcopos? Et an Summus Pontifex ardua Eccleſiæ negotia ſine conſilio Cardinalium definire poſſit?* Ex part.5. tract.2. ex reſ.2. & 4. *Quæ hic ſunt* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus reſ.2. & 3.

*Nota quod in prædicto* tract. 7. de Cardinalibus tom. 9. *ſunt multæ aliæ quæſtiones omnes miſtæ pro electione Pontificis, & aliis diverſis caſibus pertinentes ſimul ad Summum Pontificem, & Cardinales, quos ibidem facillimè invenies ita miſtos.*

*An leges Pontificiæ, ut obligent, neceſſe ſit, ut promulgentur in ſingulis Diœceſibus, & Provinciis? Et an Pontificiæ leges ſtatim poſt duos menſes à publicatione Romæ facta totam obligent Eccleſiam, nec ſit neceſſaria publicatio in ſingulis Provinciis, & Diœceſibus?* Ex part. 1. tract.10.& reſ.8. & 9. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. tract.1. de Legibus reſ.10. & 12. & in multis aliis Reſolutionibus ibidem pro aliis diverſis Decretis, & Bullis Pontificis.

*An Summus Pontifex recipiat ſuam poteſtatem immediatè à Deo? Et an Summus Pontifex habeat in toto Orbe Chriſtiano temporalem poteſtatem? Et an Summus Pontifex poſſit cognoſcere, & judex exiſtere competens, ubi lis aliqua, & diſcordia oritur inter duos Supremos Principes neminem in temporalibus recognoſcentes? Et an ſi Papa faceret aliqua mandata in deſtructionem Eccleſiæ, poſſit Princeps ſæcularis facto, & vi reſiſtere illis, & impedire excutionem talium mandatorum? Et multa pro poteſtate Pontificis in Ordine ad exemptionem & Immunitatem Eccleſiaſticorum aguntur.* Ex part.1. tract.2. ex reſ.126.122.124.7. *Quæ hic reperientur* in tom.9. tr.2. de Immunitate Eccleſiaſtica reſ.20. 17.19. 110. & in multis aliis Reſolutionibus ibidem.

*An Pontifex in temporalibus habeat Dominium rectum & ideo Summus Pontifex poſſit eximere laicos à poteſtate Principis ſæcularis, & per conſequens Familiam laicam Epiſcopi, & Nuntij, & Miniſtros eorum Curiæ?* Ex p.6. tr.2. ex reſ.7. *Quæ hic eſt* in tom.9.tr.8. de Familia laica Nuntiorum reſ. etiam 7.

*An legitimatus per ſubſequens matrimonium poſſit eligi in Papatum?* Ex p.10. tr.9. ex reſ.unica. *Quæ nunc invenietur* in tom.7. tr.1. de Regularibus reſ.287.

*An Pontifex poſſit ſibi eligere Succeſſorem? Et an Pontifex poſſit ſibi eligere adjutorem cum futura Succeſſione? Et plura alia circa ſupradicta demonſtrantur.* Ex part. 10. tr.5. à reſ.1. uſque ad quintam excluſivè. *Quæ hic reperientur* in tom.9. tr.6. de Poteſtate Pontificis eligendi ſibi Succeſſorem à reſ.1. uſque ad 5. excluſivè.

*An jure divino electionem Epiſcoporum ad Summum Pontificem ſpectare probetur? Et an olim à Summis Pontificibus interdictum fuerit, ne populi, & Principes in electionem Epiſcoporum ſe immiſcerent? Et an lex, & conſuetudo antiqua in modum eligendi Epiſcopos Romanorum Pontificum authoritate ſit abrogata, & jus nominandi, deſignandi, offerendi, & præſentandi Epiſcopos datum ſit multis Regibus eorundem Romanorum Pontificum nutu, & aſſenſu? Et multa alia circa ſupradicta diſcutiuntur?* Ex part.10. tract.1. ex reſ.1.6. & 7. *Quæ hic ſunt* in tom.9. tract.9. de Priſco more eligendi Epiſcopos reſ. etiam 1.6. & 7.

*An Pontifex Principibus de Eccleſia benemeritis poſſit titulum, & inſignia Regis concedere? Ex quo infertur, an Pontifex habeat poteſtatem indirectam in temporalibus?* Ex part.10. tract.6. ex reſol.unica. *Quæ nunc invenietur* in tom.9. tr.12. de Poteſtate Pontificis ornandi Principes laicos Titulo Regio reſ. etiam unica.

*An abſque aſſenſu Summi Pontificis, ſeptem Germaniæ Electoribus poſſit octavus addi? Ex quo infertur, an poteſtas eligendi Imperatorem, ſit largita ſeptem Electoribus Germaniæ à Summo Pontifice? Et multa alia circa ſupradicta adducuntur.* Ex part.10. tract.4. reſ.1. 2. 3. & 4. *Quæ hic ſunt* in tom.9. tr. 10. de Numero Electorum Imperatoris reſ.1. & ſeqq.

*An liceat principibus Chriſtianis concedere Hæreticis libertatem conſcientiæ ſine conſenſu Summi Pontificis? Et an Principes, inconſulto Summo Pontifice poſſint dare libertatem Judæis exercendi uſuras in ſuis Regnis? Et multa alia circa ſupradicta pronunciantur, & diſcutiuntur.* Ex part. 10. tr.3. à reſ.1. uſque ad 5. *Quæ nunc invenientur* in tom. 9. tract.14. de Libertate Conſcient. reſol. 1. & ſeqq.

*An licitum ſit principibus Chriſtianis inire fœdera cum Infidelibus, Turcis, & Hæreticis, inconſulto Summo Pontifice? Et an ſummus Pontifex poſſit ſub cenſuris prohibere principibus ne in bellando ſupradicta fœdera cum Turcis, vel Hæreticis contrahant? Et multa alia circa ſupradicta explanantur.* Ex part. 10. tract. 2. addit. ex reſolut. 8. & 7. *Quæ hic reperientur* in tom. 9. tract. 13. de Fœderibus cum Turcis, & Hæreticis reſol. 8. & 7.

*An Pontifex ex juſta cauſa poſſit præbere licentiam, ut Clerici, Epiſcopi, & Cardinales præſint Exercitibus? Et an in hoc præcepto ſolus Summus Pontifex poſſit diſpenſare ex eo, quod non ſit Divinum, ſed humanum? Et ſi Pontifex abſque cauſa rationabili, diſpenſaret, licet factum teneret, non tamen rectè faceret, ſed peccaret? Et an inconſulto Summo Pontifice poſſint Clerici alicui exercitui præeſſe? Et an Papa poſſit prohibere in aliquo caſu, ne principes Chriſtiani inter ſe pugnent? Et an licitè poſſit inferri bellum Infidelibus propter ſolam infidelitatem, maximè ex licentia Papæ, & ſi non permittant in ſuis Regnis prædicatores Fidei? Et an non poſſit Papa confluere exercitum ex clericis, & Eccleſiaſticis viris ad compeſcendum infidelem principem, niſi aliter timerentur in Eccleſia damna? Et an poteſtas impetendi Infidelem principem non ſit apud Reges, aut Regna, ſed penes Papam tantum? Et an poſſit Eccleſia & principes Chriſtiani mittere prædicatores cum exercitu ad prædicandum Infidelibus? Et an licitum ſit inferre bellum Infidelibus committentes Idololatriam, & violantes jura naturalia, maximè ſi accedat authoritas Summi Pontificis? Et an licitè indicatur bellum contra Infideles ex titulo donationis obtenta à Pontifice de eorum provinciis?* Ex p.10. tr.2. ex reſ.6. & 1. & in p.6. tr.4. ex reſ.2. 15. 16.18. & 36. *Quæ hic reperientur* in tom.7. tr.7. de Bello reſ.57.51.2.14.15.17. & 61.

*An in dubiis opinionibus Pontifex decernere poſſit, quæ ſit verior, & ſequenda?* Ex part.6. tr.2. ex reſ.4. *Quæ hic eſt* in tom. 9. tract. 2. de Familia Nuntiorum reſolut. etiam 4.

*An Pontifex validè poſſit privilegiâ Societatis Jeſu revocare, non ſervata forma, quæ ex Bulla Gregorij XIII. in revocatione requiritur?* Ex part. 7. tract.10. ex reſ. 29. *Quæ nunc invenietur* in tom.7. tract.1. de Regularibus reſ. 262.

*An poteſtas concedendi dilationes pro debitis juratis ad ſolum Summum Pontificem ſpectet? Et an dilationes moratoriæ Summi Pontificis generaliter loquentes extendantur ad debitum juratum?* Ex part.7. tract.8. ex reſ. 29. & 30. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tract. 5. de Ceſſione bonorum & dilationibus moratoriis reſol. etiam 29. & 30.

*Nota,*

*Nota, quod in* tom. 9. tr. 1. de Immunitate ipſius Eccleſiæ, *ſunt multæ difficultates pro poteſtate Pontificis in Ordine ad immunitatem Eccleſiæ; ideò pro hac materia ibi reperies quidquid cogitare potes.*

*An Pontifex poſſit aliquem abſolvere à cenſuris actu ſolo interiori?* Ex p. 11. tract. 5. ex reſ. 36. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tr. 1. reſ. 181.

*An animam, quæ corpore ſoluta in purgatorio eſt deſtinata, poſſit pontifex ita liberare, ut neutiquam in purgatorium ingrediatur?* Ex part. 11. tract. 2. ex reſ. 43. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ reſolut. 177.

*An Summus Pontifex teneatur ad beneficia eligere digniores?* Ex p. 8. tr. 7. ex reſ. 83. *Quæ hic eſt infra* in tr. 3. de Epiſcopis reſ. 105.

## TRACTATUS II.

### De Diſpenſationibus. pag. 173.

1. *QUID ſit diſpenſatio? Et notatur inter diſpenſationem, & diſpenſandi poteſtatem eſſe quoddam diſcrimen ex eo, quod diſpenſatio eſt strictè interpretanda; poteſtas verò diſpenſandi, etiamſi delegata ſit, eſt latè interpretanda, ſeu intelligenda.* Ex part. 8. tract. 3. reſol. 1. ibid.

2. *An poſſit Pontifex diſpenſare in jure divino poſitivo? Et an poſſit Pontifex authoritate divina diſpenſare, & relaxare vota, & juramenta?* Ex part. 8. tract. 3. reſ. 2. ibid.

3. *An Pontifex poſſit diſpenſare in his, quæ ſtatuta ſunt à jure Canonico poſitivo? Et an poſſit Pontifex diſpenſare in legibus Epiſcopi, & aliorum Prælatorum; imò & in Concilio includenti ipſum Pontificem? Et an poſſit fieri lex in Concilio, qua ſub mortali obligetur Pontifex ad non diſpenſandum ex ulla cauſa? Et an in lege, & præceptis Apoſtolorum Papa diſpenſare poſſit? Et ex doctrina hujus Reſolutionis aliqua alia notabilia inferuntur, & explanantur.* Ex part. 8. tract. 3. reſolut. 3. pag. 174.

4. *An Pontifex poſſit directè ſecum diſpenſare in his omnibus, in quibus cum aliis poteſt? Et an hoc etiam tribuatur Epiſcopis, Principibus ſæcularibus, & Prælatis etiam Regularibus?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 5. p. 175.

5. *An qui habet poteſtatem diſpenſandi in lege cum aliis, poſſit ſecum diſpenſare? Ita ut non ſolum Summus Pontifex, & Epiſcopi, ſed etiam omnes Prælati, & Superiores Eccleſiaſtici tam ſæculares, quam Regulares etiam locales; & illis abſentibus vice-Rectores, & vice-Priores, &c. habentes juriſdictionem Ordinariam diſpenſandi, tam in votis & juramentis, quam in aliis rebus poſſint diſpenſare ſecum eodem modo, quo poſſunt cum aliis ſubditis. Imo, & habentes juriſdictionem delegatam diſpenſandi in univerſum cum aliqua Communitate, cujus ipſi ſunt partes; ſecus verò quando haberent limitatam poteſtatem. diſpenſandi cum certis perſonis. Idem dicendum eſt tam de ſupremo Principe ſæculari, quam de omnibus aliis Superioribus ſæcularibus habentibus poteſtatem ordinariam, aut univerſaliter delegatam ad diſpenſandum in rebus ſæcularibus.* Ex part. 8. tract. 3. reſolut. 16. ibid.

6. *An Prælati poſſint ſecum diſpenſare in propriis votis, ſicut poſſunt diſpenſare in votis ſubditorum? Idem eſt de irregularitatibus, præceptis Eccleſiæ, atque de cæteris omnibus, quoties id poſſunt cum ſubditis diſpenſare? Ex quibus infertur non ſolum Summum Pontificem poſſe ſecum diſpenſare in his omnibus, in quibus poteſt cum ſubditis, ſed idem eſt de aliis Principibus ſupremis ſæcularibus, cum habeant pleniſſimam poteſtatem in temporalibus, ſicut Pontifex in ſpiritualibus. Idem eſt de Epiſcopis, & Prælatis Regularibus ſive Generalibus, ſive Provincialibus, ſive Præpoſitis localibus, qui toti domui præſunt; & in eorum abſentiam vices gerentibus, ut ſunt vice-Rectores, vice-Priores, &c. Idem eſt de habentibus poteſtatem delegatam ad diſpenſandum in univerſum cum aliqua Communitate, cujus ipſe eſt pars, ſecus verò, ſi haberet limitatam poteſtatem diſpenſandi cum certis perſonis, vel cum determinato numero perſonarum.* Ex p. 10. tr. 14. & Miſc. 4. reſ. 27. alias 25. p. 177.

7. *An Pontifex poſſit diſpenſare ſine cauſa, & diſpenſatio ſit valida?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 4. p. 179.

8. *An Pontifex diſpenſando ſine cauſa peccet mortaliter vel venialiter? Et an Princeps ſecum diſpenſans in legibus, quas ipſe debet ex honeſtate obſervare, peccet mortaliter, vel venialiter? Et infertur ſubditum petentem diſpenſationem ſine cauſa peccare eodem genere peccati, quo peccat Superior illam concedens. Contingere autem poteſt, ut excuſetur ſubditus, ſi ignorantia invincibili laboret, & non excuſetur Superior cognoſcens cauſam non adeſſe & è contra.* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 6. ibid.

9. *An ſi ſuperior diſpenſet in propria lege ſine cauſa, peccet mortaliter? Idem quæritur de ſubdito diſpenſationem petente ſine cauſa, & illa utendo.* Ex part. 1. tract. 10. reſol. 35. p. 181.

10. *An diſpenſatio ſine cauſa in lege propria, vel inferioris ſit valida? Et an diſpenſans ſine cauſa peccet mortaliter, vel tantum venialiter? Idem dicendum eſt de petente diſpenſationem ſine cauſa.* Ex part. 1. tract. 10. reſolut. 32. ibid.

11. *An petens diſpenſationem à ſuperiore ſine cauſa peccet mortaliter, vel venialiter?* Ex part. 8. tract. 3. reſ. 8. ibid.

12. *An utentes diſpenſatione à ſuperiore facta ſine cauſa peccent? Et an peccet gravius legiſlator injuſta diſpenſatione ſecum utendo, quam ſubditus? Et an legiſlator in tali caſu peccet duplici titulo, uno, eam non revocando dum poteſt, altero ea utendo?* Ex part. 8. tract. 3. reſolut. 9. p. 182.

13. *An ſi Superior ſine cauſa ſecum diſpenſaret, eſſet licitus uſus talis diſpenſationis, ut de ſubdito ſuperius diximus?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 10. ibid.

14. *Quænam ſint cauſæ juſtæ ad diſpenſandum?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 7. p. 183.

15. *An quando intercedit juſta cauſa, teneatur Superior diſpenſare? Et etiam quæritur, quando diſpenſatio eſt debita, & quando eſt gratia? Et explanatur, quod in quatuor caſibus diſpenſatio eſt debita, extra quos non erit debita, ſed gratia. Et infertur, quod tenetur Epiſcopus diſpenſare cum Clerico, ne reſideat ratione ſtudij, & in denunciationibus matrimonij, & in interſtitiis, & aliis ſimilibus.* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 27. ibid.

16. *An ſaltem delegatus teneatur diſpenſare, ſi adſit cauſa ſufficiens? Et an excuſentur Regulares nolentes diſpenſationes votorum concedere pœnitentibus virtute ſuorum privilegiorum? Et quid, ſi privilegium ſit conceſſum in favorem pœnitentis, ut eſt privilegium Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 28. p. 184.

17. *An cauſa diſpenſationis debeat eſſe manifeſte juſta, an potius ſufficiat cauſa juſta dubia? Et an idem dici poſſit, quando Superior diſpenſat in cauſa tantum probabili? Et quid, quando dubium eſt, an cauſa aliqua diſpenſandi exiſtat?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 29. ibid.

18. *An Superior poſſit diſpenſare in dubio, ſi cauſa ſit juſta? Et docetur pro praxi, cum dubitatur an ſine diſpenſatione teneatur quis jejunare, vel aliam legem ſervare, eo ipſo eſſe ſufficientem cauſam ad diſpenſandum, nec opus eſſe aliqua commutatione.* Ex p. 4. tr. 3. reſ. 44. ibid.

19. *An licitè poſſit Prælatus diſpenſare, quando dubitat, utrum cauſa diſpenſationis ſit juſta?* Ex p. 1. tr. 10. reſ. 31. p. 185.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# Index Tractatuum,


20. *An inferior poſſit diſpenſare in lege Superioris, quando dubitat, an caſus egeat diſpenſatione?* Ex part. 8. tr. 3. reſ. 72. ibid.

21. *An Epiſcopus, v. g. quando dubitat, an res egeat diſpenſatione, poſſit in lege Superioris diſpenſare?* Ex p. 4. tr. 3. reſ. 46. ibid.

22. *Quando caſus dubius egeat diſpenſatione? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in lege Pontificia, quando dubium eſt, an caſus egeat diſpenſatione? Et an Prælatus inferior poſſit diſpenſare in legibus Superioris, ſi ei interdictum non ſit? Et an Epiſcopus poſſit in ſua Diœceſi, quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, niſi à Pontifice prohibeatur?* Ex p. 3. tr. 6. & Miſc. 2. reſ. 82. ibid.

23. *An poſſit Epiſcopus diſpenſare in lege Pontificia, quando in ea diſpenſare poſſe conceditur, non tamen cui concedatur? Et aliqua notabilia circa hoc in textu hujus Reſolutionis explanantur.* Ex part. 8. tract. 3. reſolut. 18. p. 186.

24. *An Epiſcopus jure ordinario poſſit diſpenſare in lege Concilij, ſeu Summi Pontificis quoties facultas diſpenſandi non adimitur? Et notatur, quod quando Concilium, ſeu Summus Pontifex cenſuræ abſolutionem non reſervat, poteſtatem Epiſcopis abſolvendi ab illa videtur conceſſiſſe.* Ex p. 3. tr. 5. & Miſc. 1. reſ. 23. p. 187.

25. *An Epiſcopus ſine aliqua delegatione poſſit diſpenſare in legibus Summi Pontificis, quando non conſtat à Pontifice reſtrictam fuiſſe poteſtatem illius? Et an, quidquid poteſt Papa in toto orbe poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi expreſsè prohibeatur? Et inter cætera, quæ in corpore hujus Reſolutionis explanantur, & inferuntur, tandem notatur Parochos non poſſe diſpenſare in legibus, ſi attendatur jus præcisè, ſed conſuetudine tamen diſpenſant in jejuniis, & obſervatione Feſtorum, etiam ſi adiri poſſit Epiſcopus.* Ex part. 8. tract. 3. reſ. 11. ibid.

26. *An ſint aliqui caſus, in quibus Epiſcopi poſſint diſpenſare in legibus Pontificiis, etiam ſi non habeant expreſſam poteſtatem? Et pro praxi ſuperioris difficultatis in textu hujus Reſolutionis aliqui diverſi caſus enumerantur, & inferuntur, in quibus poteſtas diſpenſandi debet dici ordinaria potius quam delegata. Et notatur etiam poteſtatem, quam habet Legatus, & ex privilegio Superiores Religionum ad diſpenſandum cum Religioſis, & ad illos abſolvendum eſſe etiam ordinariam, & non delegatam. Ex quo infertur poſſe hanc poteſtatem delegare. Et tandem quæritur, an Epiſcopus poſſit cum ſubdito diſpenſare, ut nunquam in tota vita jejunet, vel ut Sacerdos nunquam recitet?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 12. p. 189.

27. *An Epiſcopi habeant tantam poteſtatem in ſuis Diœceſibus, quantam habet Summus Pontifex in univerſo orbe; ubi agitur quæſtio, an poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis?* Ex part. 7. tract. 10. & Miſc. 1. reſ. 36. p. 190.

28. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare non admonito Summo Pontifice, quem in caſu pauperum ſuis ſumptibus admonere poteſt?* Ex p. 1. tr. 10. reſ. 57. p. 191.

29. *An Metropolitani poſſint diſpenſare cum Epiſcopis ſuffraganeis?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 13. ibid.

30. *An Metropolitani poſſint diſpenſare cum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum? Et an ſaltem ſi Epiſcopus ſuffraganeus diſpenſationem petitam deneget, quando diſpenſare tenetur, poſſit Archiepiſcopus per appellationem aditus diſpenſare? Et quid, ſi adſit cauſa juſta, ſed non tenetur, vel non ſit ſubditis debita, ſed mere gratuita; aut partim gratuita, & partim debita?* Ex part. 8. tract. 3. reſol. 14. p. 192.

31. *An Metropolitanus extra caſus ſupradictos poſſit ſaltem tempore viſitationis diſpenſare cum ſubditis ſuffraganeorum, ſicut poteſt confeſſiones audire, & abſolvere pœnitentes?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 15. ibid.

32. *An in extraordinario aliquo eventu poſſint inferiores diſpenſare in legibus Superiorum; ſive lex ſit de matrimonio impediendo; vel de aliqua irregularitate; vel reſervatione voti, aut ſimilium? Et an quoties Epiſcopus poteſt certiorem facere Pontificem, & pauperiem eorum, cum quibus diſpenſandum eſt, ſupplere, ut negotium ad Pontificem deferatur, diſpenſare Epiſcopus non poſſit?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 71. p. 193.

33. *An ſit valida diſpenſatio facta ab inferiori in lege Superioris, non præcognita prius cauſa quando re vera, cauſa erat juſta & legitima? Et ſi ſubditus utatur tali diſpenſatione, neque peccet venialiter?* Ex part. 1. tr. 10. reſ. 34. ibid.

34. *An diſpenſatio inferioris in lege Superioris, exiſtente juſta cauſa, ſed ſine ejus cognitione, valida ſit? Et in dicto caſu, quamvis diſpenſatio ſit valida, an ita diſpenſans peccet mortaliter?* Ex p. 8. tract. 3. reſolut. 21. ibid.

35. *An inferior poſſit diſpenſare ſine cognitione cauſæ, ſi in poteſtate diſpenſandi exprimantur nomina nulla facta mentione cognitionis cauſæ? Et ex doctrina hujus quæſtionis infertur inferiorem diſpenſantem ſine cauſa in lege Superioris peccare, & ſubditum ita diſpenſatum peccare toties, quoties dicta diſpenſatione utitur.* Ex p. 8. tract. 3. reſ. 19. p. 194.

36. *An valida ſit diſpenſatio à Prælato inferiori, bona fide diſpenſante in cauſa non juſta; & ideo in tali caſu, an tutus ſit ſubditus, quamvis poſtea conſtet cauſam non fuiſſe ſufficientem?* Ex p. 1. tract. 10. reſ. 33. p. 195.

37. *An ſi Prælatus bona fide judicaverit cauſam diſpenſandi eſſe juſtam, cum re vera non ſit, valeat diſpenſatio?* Ex p. 8. tr. 3. reſ. 20. ibid.

38. *An quando inferior diſpenſat in lege Superioris poſſit imponere aliquod onus ei, cui diſpenſatur? Et quid, ſi Epiſcopus diſpenſat ſuper aliqua irregularitate orta ex delicto? Et an quando ipſemet legiſlator diſpenſat in lege ſua, tunc ſi diſpenſatio non eſt debita ſed gratia poterit imponere aliquod onus ei, cum quo diſpenſat?* Ex p. 8. tract. 3. reſ. 22. p. 196.

39. *An diſpenſatio inferioris in propriis legibus abſque cauſa ſit valida? Idem dicendum eſt, quando Superior, vel æqualis Succeſſor diſpenſat abſque cauſa in lege inferioris, vel æqualis prædeceſſoris. Et quid, ſi Epiſcopus in Synodo Diœceſana, vel Archiepiſcopi in Synodo provinciali diſpenſant ſine cauſa? Et quid de Legato Apoſtolico, qui plenam habet à Pontifice poteſtatem, an proinde ejus diſpenſatio ſine cauſa etiam data ſit valida? Et additur Epiſcopum regulariter loquendo non poſſe diſpenſare ſine cauſa in ſua lege, quando illa tranſiſſet in contractum.* Ex p. 8. tract. 3. reſ. 26. ibid.

40. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in ſuis Conſtitutionibus à Papa confirmatis?* Ex part. 8. tract. 3. reſolut. 73. p. 197.

41. *An in aliquo caſu diſpenſatio Epiſcopi in ſuis legibus ſine cauſa ſit valida? Et quid, ſi illæ Conſtitutiones fuerint authoritate Pontificia confirmatæ? Et quid eſt dicendum, ſi prædictas Conſtitutiones Epiſcopus juramento confirmaverit?* Ex p. 9. tr. 6. & Miſc. 1. reſ. 40. alias 41. p. 198.

42. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare, quamvis petens prius adierit Pontificem, qui diſpenſationem negavit, judicans cauſam propoſitam non eſſe juſtam? Et notatur eum, qui impetravit diſpenſationem à Pontifice voti, in quo poterat Epiſcopus diſpenſare, poſſe ad ipſum confugere, ut diſpenſet. Dicendum eſt etiam poſſe confugere ad potentem ex privilegio, ut diſpenſet.* Ex part. 8. tract. 3. reſ. 49. ibid.

43. *An Epiſcopus poſſit cum Regularibus exemptis diſpenſare, ſi ipſi cedat exemptioni? Et an hoc intelligatur caſu, quo in Prælato Superiore non eſſet poteſtas abſolvendi, vel diſpenſandi? Et an in nomine Epiſcopi in præſenti intelligatur tantum Epiſcopus loci, in quo Religioſus ortus eſt, vel habet domicilium, aut ſaltem commoratur?* Ex part. 8. tract. 3. reſ. 48. p. 199.

44. *An ſola patientia Prælati ſufficiat pro diſpenſatione? Et an ſi quis ex pacto dederit Papæ pecuniam*


pro

pro aliquo beneficio, eo ipſo, quod in eum ipſu[m] contulerit cenſeri diſpenſaſſe ſuper Symoniam? Idem dicendum eſt de aliis inferioribus Papæ quoad diſpenſandum in eorum Statuta. Ex part. 8. tract. 3. reſol. 17. pag. 200.

45. An v.g. Prælatus Superior poſſit diſpenſare circa pœnas impoſitas à Prælato inferiori, ipſo renuente? Et advertitur, ſi condemnans finierit Officium ſuum, poſſe tunc Provincialem, aut Generalem ſubditum condemnatum à Rectore absolvere, nulla requiſita licentia à Rectore moderno, ſeu ab eo, qui reum condemnavit. Ex part. 8. tract. 3. reſ. 31. pag. 201.

46. An in diſpenſationibus locum habeat argumentum ab identitate rationis à majori ad minus? Et pro praxi hujus difficultatis in textu hujus Reſolutionis plurimi explanantur caſus ſæpius contingentes in facto, & tota doctrina eſt valdè notanda. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 41. ibid.

47. An diſpenſatio reſpuat extenſionem, & argumentum ex identitate rationis? Et notatur certum eſſe diſpenſationem extendi ad connexos, & acceſſorios, & incluſos ſub diſpenſatis; unde diſpenſatus ad duo beneficia curata, cenſetur diſpenſatus ſuper reſidentia alterius, &c. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 102. p. 203.

48. An diſpenſatio ſit ſtrictè interpretanda? Ex quo deducitur reſolutio aliquorum caſuum in particulari. Ex p. 8. tract. 3. reſ. 32. p. 204.

49. An poteſtas diſpenſandi ſit latè, vel ſtrictè interpretanda? Et ex doctrina hujus quæſtionis reſolvendi erunt varij caſus. Et tandem quæritur, in dubio an poteſtas diſpenſandi extendatur, ut virtute illius poſſit diſpenſari in aliquo caſu, interpretandum ſit extèndi? Et quid in dubio, an diſpenſatio extendatur ad aliquem caſum, an nunc interpretandum ſit non extendi? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 42. ibid.

50. An privilegia Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi quatenus continent poteſtatem diſpenſandi, ſint ſtrictè, vel latè interpretanda? Et quid dicendum eſt de facultate conceſſa alicui eligendi Confeſſarium, qui eum abſolvat à peccatis & cenſuris, (loquor extra Jubilæum, & Bullam Cruciatæ,) an ſit ſtrictè, vel latè interpretanda? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 45. p. 205.

51. An Pontifex poſſit diſpenſare in recitatione Horarum Canonicarum? Et an recitatio Horarum Canonicarum ſit de jure divino, vel etiam de jure naturali; & qualitas Officij ſit de jure poſitivo Eccleſiaſtico? Et an Papa poſſit diſpenſare cum quocumque Clerico, vel regulari, ut licitè poſſit uti Breviario, quod ei libuerit? Et è contra, an non poſſint Epiſcopi, & Prælati Regulares cum ſuis ſubditis diſpenſare, ut non recitent Officium divinum juxta Ritum Breviarij Pij V. ad quod tenerentur, ſed juxta aliud Breviarium approbatum? Et an ex rationabili cauſa in hoc poſſint diſpenſare, ut aliquando non tamen in perpetuum, nec per modum conſtitutionis recitent Officium de Sancto die, qua eſſent recitaturi de Feria? Ex part. 8. tr. 3. reſ. 101. p. 206.

52. An diſpenſatio conceſſa Subdiacono, ut poſſit uxorem ducere liberet eum à recitatione Officij divini? Et quid eſt dicendum, ſi fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxiſſe, & deinde clam ad Diaconi, vel Subdiaconi Ordinem, & gradum eſſe promotum? Et circa hoc alia notabilia explanantur. Ex part. 8. tr. 3. reſ. 34. ibid.

53. An illegitimus diſpenſatus, ut poſſit recipere Ordines, cenſeatur diſpenſatus etiam ad Ordines ſacros? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 36. p. 207.

54. An illegitimus diſpenſàtus, ut Clericus fiat, cenſeatur diſpenſatus ad omnes Ordines minores, vel tantum ad primam Tonſuram? Et an diſpenſatus ad Ordines cenſeatur diſpenſatus ad Ordines ſacros? Et quid eſt dicendum, ſi Pontifex diceret, diſpenſo tecum ad omnes Ordines? Et notatur diſpenſatum ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum. Et deducitur diſpenſatum ad Sacerdotium non cenſeri diſpenſatum ad beneficium curatum, vel Epiſcopatum; & diſpenſatum ad beneficium curatum, non intelligi diſpenſatum ad Canonicatum; & ideo Regularis illegitimus admiſſus ad Ordines non poteſt ſine peculiari Summi Pontificis diſpenſatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam Dignitatem. Ex p. 9. tr. 8. & Miſc. 3. reſ. 22. p. 208.

55. An diſpenſatio, ut illegitimus, vel irregularis poſſit ſumere minores Ordines, ſit extendenda, ut beneficij ſimplicis capax ſit? Et advertitur, quod ſi Papa diſpenſet cum illegitimis ad beneficium, non poſſunt per hoc, niſi unum obtinere. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 37. ibid.

56. An illegitimus, vel irregularis diſpenſatus ad Ordines ſacros cenſeatur diſpenſatus, ut poſſit obtinere beneficium ſimplex? Ex quo infertur privilegium, ſeu diſpenſationem, quantumvis odioſa ſit, extendi debere ad ea, quæ illi ſunt neceſſario connexa, & ſine quibus effectum habere non poteſt; & pro praxi explanantur aliqui caſus. Et an dicta in hac, & ſuperiori Reſolutione non procedant, quando cum illegitimo diſpenſaretur abſolutè in irregularitate, quia tunc extenderetur diſpenſatio non ſolum ad beneficia ſimplicia, ſed ad curata? Et part. 8. tract. 3. reſ. 38. pag. 209.

57. An illegitimus diſpenſatus ad Ordines ſit capax penſionis? Et diſcutitur illegitimum diſpenſatum ad beneficia non cenſeri diſpenſatum ad penſionem. Ex part. 8. tr. 3. reſ. 39. ibid.

58. An diſpenſatio cum illegitimo ad beneficium, arctanda ſit ad primum beneficium? Et notatur diſpenſationem ſimpliciter conceſſam, illegitimo vel irregulari, ut poſſit obtinere beneficia, intelligendam eſſe de beneficiis ſimplicibus, & non extendi ad curata & Dignitates. Et quæritur, an diſpenſatus ad beneficium Curatum non egeat nova diſpenſatione pro Epiſcopatu? Et homicida, ſi per diſpenſationem legitimam fuit habilis ad omnes Ordines ſacros, & illorum uſum, an videatur factus habilis ad beneficium Curatum, & Pontificale? Ex part. 8. tract. 3. reſ. 40. pag. 210.

59. An valida ſit diſpenſatio circa irregularitatem homicidij, ſi non fuiſſet explicata Circunſtantia Sacerdotij, ſi occiſus erat Sacerdos? Et an hoc etiam procedat, ſi Pontifex, non eſſet diſpenſationem conceſſurus, ſi ſciret dictam circunſtantiam Sacerdotij? Ex part. 1. tract. 10. reſol. 38. ibid.

60. An diſpenſatio irregularitatis ſit ſubreptitia, ſi non explicetur occiſum fuiſſe Presbyterum? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 51. ibid.

61. An impedimenta plurium irregularitatum ſufficiat ſeparatim exprimere, & de illis diſpenſationem obtinere? Idem dicendum eſt de aliis ſimilibus pœnis. Et an qui plura homicidia commiſit, ſi uno tantum narrato velit unius irregularitatis diſpenſationem obtinere, nihil fiat? Et pro firmanda doctrina ſupradictæ difficultatis alij diverſi caſus adducuntur ſæpius contingentes in praxi. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 57. p. 211.

62. An committens plura homicidia contrahat diverſas irregularitates in diſpenſatione explicandas? Et pro firmanda doctrina hujus quæſtionis alij quatuor diverſi caſus in exemplum in textu hujus Reſolutionis apponuntur. Ex p. 8. tr. 3. reſol. 58. Sequitur ſub hoc, eodemque numero hujus Reſolutionis 62. eadem quæſtio, videlicet. An qui plura homicidia commiſit, contraxit plures irregularitates in diſpenſatione manifeſtandas? Idem eſt de excommunicato, qui pluries in excommunicatione celebravit. Et explanatur, quod copula ſæpius repetita non inducit novum impedimentum; nec eſt neceſſarium facere mentionem omnium delictorum in diſpenſatione. Item qui in Baptiſmo tenet plures filios alicujus, una eſt tantum paternitas. Et qui ter, vel quater contraxit nuptias, non eſt neceſſarium id exprimere, quando petit diſpenſationem bigamiæ. Ex part. 4. tract. 2. reſ. 86. pag. 212.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

63. *An ſi quis commiſit plura homicidia contrahat plures irregularitates neceſſario in diſpenſatione manifeſtandas? Et in exemplum adducentur alij duo diverſi caſus in corpore hujus Reſolutionis. Sed difficultas ſupradictæ reſolutionis pendet ex ipſa quæſtione. An Stylus Curiæ obliget in foro conſcientiæ? Et explanatur declarationes Cardinalium editas Romæ authoritate Papæ circa Concilium Tridentinum eſſe inuariabiles, & tamen non faciunt jus commune eo, quod non ſint promulgatæ toti Eccleſiæ.* Ex p.11. tr.6.& Miſc.6.reſ.44.ibid.

64. *De diſpenſatione cujuſdam irregularitatis homicidij voluntarij caſus curioſus & nouus, & poſitus in principio textus huius Reſolutionis. In quo etiam diſcutitur, an fuerit in eo quis diſpenſatus; & an dicta diſpenſatio proſit ei pro foro externo? Ex quo ſequitur, quod in conceſſione abſolvendi à reſervatis in Bulla Cœnæ non venit facultas abſoluendi à caſu hæreſis. Et tandem deducitur, an abſolutio à cenſuris obtenta vigore facultatis Bullæ Cruciatæ proſit pro foro exteriori? Et an judex, non ſolum poſsit, ſed teneatur recipere dictam abſolutionem in foro exteriori, obtentam in foro interiori. Vbi etiam agitur de Diſpenſatione cujuſdam irregularitatis in cauſa Toletana.* Ex p.11. tr.3. & Miſc. reſ.7. & 8. pag.213.

65. *Quando Pontifex diſpenſat, vt ante Novitiatus annum emittatur profeſſio, quomodo facienda ſit renunciatio bonorum juxta Concilium Trident.* ſeſſ.25.c.16.de Regularibus? *Idem dicendum eſt, ſi minor ſit ſexdecim annis, atque ita abbreuiaretur tempus profeſſionis jure præſcriptum.* Ex part.8. tr.3.reſ.23. p.217.

66. *An Pontifex poſſit diſpenſare in voto ſolemni paupertatis, & obedientiæ? Et quid de Religioſo facto Epiſcopo?* Ex p.8.tr.3.reſ.100.p 218.

67. *An ſi quis habeat votum Caſtitatis, & Religionis, & petat à Pontifice diſpenſationem vnius, teneatur alterum narrare?* Ex p.8. tr.3. reſ.56.p.219.

68. *An qui vovit ſe perſeveraturum in Religione, & explicet ſe voniſſe Religionem, diſpenſatio ſit valida? Et an ſi voto Religionis ſuperaddas votum illius perſeverantiæ ad amplius obligeris?* Ex part.8.tract.3. reſol.53. p.220.

69. *An quando falſo exprimitur ſubſtantia voti, corruat diſpenſatio?* Ex p.8.tr.3.reſ.66. Ibid.

70. *An facultas delegata diſpenſandi vota, extendatur etiam ad ea commutanda?* Ex part.8. tract.3.reſolut.43. ibid.

71. *An quando abſunt expreſſe ſimul votum, & iuramentum ſoli Deo factum, & nen explicatur vtrumque vinculum, diſpenſatis ſit invalida?* Ex p.8.tr.3.reſ.67.p.221.

72. *An facultas conceſſa ad diſpenſanda vota, & commutanda extendatur ad vota, & juramenta ejuſdem rei, cum ſimul duo vincula concurrant? Et pro explanatione prædictæ difficultatis aliqua alia notabilia ſupponuntur, quæ contingere poſſunt in ſupradicto caſu, videlicet, quid dicendum ſit, ſi non præſtetur iuramentum in voti confirmatione, ſed independenter ab illo, ut ſi quiſpiam prius iuravit jejunium, & poſtea vovit idem; vel ſi prius vovit, & poſtea juravit, non quaſi votum confirmans, ſed vel ejus immemor, vel omnino independenter? Et quid in dubio, an juramentum poſterius emiſſum ſit præſtitum ad ſolum confirmandum votum? Et tandem quæritur, an facultas delegata ad diſpenſanda, vel commutanda vota virtute Cruciatæ, vel Iubilæi extendenda ſit ad vota emiſſa poſt publicationem dicti privilegij?* Ex p.8. tr.3. reſ.46. ibid.

73. *An poteſtas delegata diſpenſandi, vel commutandi extendatur ad relexanda juramenta ſoli Deo facta? Et quid è contra? Et an hoc procedat etiam, quamvis juramentum non habeat incluſam promiſſionem, ſed abſque ea ſoli Deo fiat; Et an facultas delegata ad vota extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo eſt turpitudo, & injuſtitia in creditore vt juramentum factum homini ſolvendi uſuras, aut metu extortum?* Ex p.8.tr.3.reſ.44.p.222.

74. *Quidam diſpenſatus à Summo Pontifice in voto Religionis ratione infirmitatis poſt multos annos conualuit, quæſivit, an ad ingreſſum Religionis ſub mortali teneretur? Et jamque quæritur, an Sacerdos Beneficiarius diſpenſatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, ſi poſtea convaluerit, teneatur ſub mortali Officium divinum recitare, vel fructus reſtituere? Ex quibus infertur, quod ceſſante cauſa finali diſpenſationis, adhuc valet diſpenſatio.* Ex p 6.tr.7.& Miſc.2.reſ.45.p.223.

75. *An aliquando Epiſcopus poſſit diſpenſare in voto caſtitatis abſoluto, ac in aliis votis Papæ reſervatis? Et notatur in hoc caſu, quis cenſebitur difficilis ad Pontificem aditus, & quæ cauſa legitima? Et an ſi occurrat prædicta neceſſitas, & aditus neque ad Epiſcopum pateat, poſſit Parochus diſpenſare ex præſumpta Pontificis voluntate?* Ex part.11. tr.8. & Miſc. 8. reſ.5.p.224.

76. *An Epiſcopus valeat diſpenſare, ut contrahens cum voto caſtitatis poſſit petere debitum? Et quid circa hoc quoad regulares virtute privilegiorum, aſſignatos tamen per Provincialem, vel etiam non aſſignatos virtute alterius privilegij Iulij II? Et quid de Confeſſario virtute Bullæ Cruciatæ? Et notatur, quod ſi ſupradictus vovens caſtitatem, vel cum voto religionis facto ante matrimonium, vel poſt matrimonium ratum facto, nondum conſummavit matrimonium, in iſtis caſibus neque Epiſcopus, neque regularis, neque Confeſſarius virtute Cruciatæ poteſt diſpenſare.* Ex p.11. tr.8. & Miſc. 8.reſ.4. ibid.

77. *De quodam voto conditionali poſtea confirmato an poſſit per Epiſcopum diſpenſari? Verbi gratia, N. febri acuta correptus magno cum vitæ diſcrimine voluit ingredi Religionem, ad hoc vt priſtinam recuperet ſanitatem, quod votum poſtea ſanitati reſtitutus confirmauit, &c.* Ex p.6. tract.8. & Miſ.3. reſ.16.p. 225.

78. *An in dubio de valore voti reſervati poſſit Epiſcopus diſpenſare? Ex quo colligitur poſſe Epiſcopum diſpenſare in ejuſmodi votis reſervatis, quando emiſſa ſunt ex metu cadenti in virum conſtantem. Vndè cum dubiũ ſit, an vota pœnalia, & conditionalia ſint reſervata, ſequitur, ratione ejus dubij poſſe Epiſcopum in eis diſpenſare, etiã purificata conditione, & commiſſo delicto.* Ex p.4. tract. 3. reſ.59. ibid.

79. *An bona fide diſpenſatus in voto, exiſtimans adeſſe cauſam, cum tamen non ſit, valeat diſpenſatio? Et in textu hujus reſolutionis aliqua alia explanantur pro intelligentia ſupradictæ difficultatis.* Ex part.6. tr.7. & Miſc.2. reſ.23.p.226.

80. *An levitas in vouẽdo præſtet ſufficientem cauſam diſpenſandi, etiamſi vovens non habeat difficultatem exequendi votum? Et pro intelligentia hujus quæſtionis adducitur, quod ſi in tenera ætate votum emiſiſti, vel interveniente metu, vel in triſtitia, aliave paſſione, vel errore circa cauſam impulſiuam; vel quia cauſa, ob quam motus fuiſti ad vovendum, ceſſavit; in his caſibus juſtam habes diſpenſandi cauſam in voto, etiamſi difficultatem illud exequendi non habeas. Sed in prædictis caſibus ſemper cũ diſpenſatione admiſcenda ſit aliqua commutatio. Et quæritur, an votum Religionis intelligatur, attenta forma juris communis, quod annum probationis concedit ad experiendum; & quis ſatisfaciat voto animo experiendi, & Novitiatus tempore exeat ex juſta cauſa? Et quid, ſi exeat ſine juſta cauſa, & ex levitate, an tunc teneatur iterum ingredi?* Ex p.6. tract.7. & Miſc.2. reſ.24. ibid.

81. *An ſit credendum dicenti ſe habere poteſtatem delegatam diſpenſandi? Ex quo ſequitur credi poſſe Epiſcopo promoventi ad Ordines non ſibi ſubditum, dicenti in titulo collationis Ordinũ ſe illum promoviſſe ex licentia proprij Epiſcopi. Etiamque infertur credi poſſe literis ſummi pœnitentiarij aſſerentis ſibi vivæ vocis oraculo commiſſum eſſe, ut diſpenſet in aliquo caſu Pontificio reſervato.* Ex p.8.tr.3.reſ.30. p.227.

82. *An diſpenſatio in votis, vel aliquo alio impedimento poſſit fieri, invito eo, cum quo diſpenſatur? Et an Superiores*

poſſint

poſſint irritare vota, & juramenta ſubditorum, illis n..en-tibus, & invitis, ſicut poteſt fieri abſolutio ab excommunicatione invito? Ex p.8.tr.3.reſ.86.ibid.

83. *An diſpenſatio impetrata pro aliquo proſit, ſi eo ignorante impetrata eſt? Et diſcutitur, an diſpenſatio impetrata ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum inierant, proſit utrique, quamvis alter prorſus impedimentum, ac diſpenſationem ignoret?* Ex part. 8. tr. 3. reſol.87. p.228.

84. *An in diſpenſatione ſubreptio circa unam partem vitiet etiam alteram, ſi partes reſcripti ſint omnino ſeparatæ? Ex quo ſequitur, quod ſi in eodem reſcripto impetret quis diſpenſationem voti Caſtitatis, ac peregrinationis Jeroſolymitanæ, allegata ſcienter falſa cauſa circa alterum votum, vera autem circa alterum, non vitiatur diſpenſatio circa utrumque, ſed tantum circa illud, in quo cauſa falſa fuit; ſecus verò ſi duplicis impedimenti ad matrimonium contrahendum diſpenſatio in eodem reſcripto obtineretur, ut voti caſtitatis, & conſanguinitatis, &c.* Ex p.8. tr.3. reſ.90. p.229.

85. *An ſubreptio doloſa, ut votum reſcriptum vitiet, ſufficiat, ut ſit circa cauſam etiam impulſivam? Et quid, ſi ſubreptio ſit circa cauſam finalem?* Ex part. 8. tract. 3. reſ.91.p.230.

86 *An in dubio, utrum cauſa expreſſa in narrativa alicujus reſcripti ſit finalis, vel impulſiva, cenſenda ſit impulſiva, & non finalis? Idem dicendum eſt, quando dubium eſt, an ſatis probetur veritas narratorum, vel quia eſt dubium, an cauſa falſa allegata ſit finalis?* Ex part. 4. tr.3. reſ. 64. ibidem.

87. *An in dubio, ſi cauſa tacita in diſpenſatione ſit finalis, vel impulſiva diſpenſatio ſit invalida?* Ex part. 8. tr. 3. reſ.62. ibid.

88. *An qui dubitat, num diſpenſatio obtenta ſit valida, poſſit ea uti? Et notatur, quod quando dubitatur, an cauſa in diſpenſatione, vel gratia, aut privilegio, tacita, vel falſo expreſſa ſit finalis, vel tantum impulſiva, præſumendum ſit eſſe cauſam impulſivam, & non finalem?* Ex p.4. tr. 3. reſ.45. p.231.

89. *An in dubio circa diſpenſationem matrimonij diſpenſatio cenſenda ſit valida, v.g. ut ſi cauſa tacita, vel falſo inter alias veras expreſſa ſit finalis, vel tantum impulſiva? Idem eſt quando dubium eſt, an ſatis probetur veritas narratorum in ſupplicatione, &c.* Ex part. 3. tract.6. & Miſc.2. reſol.9. ibid.

90. *An taciturnitas veri reddat ſubreptitiam diſpenſationem, quando tacetur aliquid, quod ſecundum ſtylum Curiæ eſt neceſſario declarandum?* Ex p.1.tr.10. reſ.42. ibid.

91. *An taciturnitas veritatis diſpenſationem vitiet, quæ ſola eſt cauſa finalis conceſſionis, & ſecus verò quando eſt ſolum cauſa finalis impulſiva? Et docetur, quæ ſit cauſa finalis, & quæ verò impulſiva.* Ex p.8.tr.3.reſ.50.p.232.

92. *An taciturnitas diſpenſationis prius petitæ, & non obtentæ vitiet ſequentem diſpenſationem, poſtea ab eodem Superiore obtentam? Eadem ratio erit, ſi negata ab uno Superiore obtineatur ab alio, nulla facta mentione negationis ab alio Superiore datæ. Et quid, ſi Prælatus, qui modo diſpenſat, ſit inferior illò, qui diſpenſare prius noluit? Imò, qui diſpenſat, habeat poteſtatem delegatam, qui verò diſpenſare noluit habeat poteſtatem Ordinariam.* Ex part.8. tract.3. reſol. 54. pag.233.

93. *An taciturnitas prioris diſpenſationis obtentæ reddat poſteriorem invalidam? Et an ſi quis obtineat unam diſpenſationem cum una cognata, & illa mortua, ſecundam petat pro alia in eodem, vel diverſo gradu conjuncta, ſit valida ſecunda, licet obtineatur ſine mentione primæ? Et quid, ſi talis perſona non fuerit uſa priori diſpenſatione quacumque ex cauſa, & petat ſecundam, non facta mentione prioris?* Ex p.8.tr.3.reſ.55. ibid.

94. *An qui obtinuit diſpenſationem ad contrahendum cum affine, vel conſanguinea, ſed ea minimè ſit uſus? poſtea petens aliam diſpenſationem cum aliqua alia conſanguinea, vel affine teneatur in hac ſecunda petenda mentionem prioris diſpenſationis facere? Et an idem ſit dicendum, licet fœmina reſiliat nolens primo conſanguineo nubere, ac impetret poſteriorem diſpenſationem ad nubendum aliis?* Ex p.1.tr.10.reſ.40.p.234.

95. *An, ſi quis obtinuit diſpenſationem contrahendi cum conſanguinea, & poſtea actu contrahat cum alia, diſpenſatio illa cenſenda ſit renunciata, vel revocata?* Ex p.8. tr.3. reſ.74. ibid.

96. *An qui obtinuit diſpenſationem cum conſanguinea, ſi alteri copuletur, poſſit iſta mortua, uti priori diſpenſatione?* Ex p.8.tr.3.reſ.85.p.235.

97. *An quando prima diſpenſatio matrimonij fuit irrita, neceſſarium ſit in ſecunda mentionem facere de nullitate primæ?* Ex p.8.tr.3.reſ.59.ibid.

98. *An quando contrahentes ſunt in eodem gradu duplicato, v.g. tam ex parte matris, quam Patris, teneantur in petitione diſpenſationis illum gradum in eodem genere manifeſtare?* Ex p.8.tr.3.reſ.60.ibid.

99. *An poſſit peti diſpenſatio ſuper aliquo impedimento matrimonij, tacito alio in poſterum diſpenſando?* Ex p. 1. tr.10.reſ.39.p.236.

100. *An diſpenſatio in uno vinculo abſque mentione alterius ſit ſubreptitia? Sed difficultas major eſt, quando in eadem perſona duo ſunt impedimenta, quorum alterum occultiſſimum eſt, ex cujus revelatione, ſi ſciatur, ſequitur perſonæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia graviſſima damna; quid in tali caſu faciendum eſt?* Ex part. 8. tract. 3.reſ.25. ibid.

101. *Quo tempore in diſpenſatione debeat verificari cauſa finalis, an ſufficiat cauſam ſubfuiſſe, cum diſpenſatur? an verò requiratur etiam, ut perſeveret, dum initur matrimonium? Et quid, quando committitur inferiori?* Ex p. 8. tr.3.reſ.77.pag. 237.

102. *Quæ falſitas vitiet reſcriptum in quacumque diſpenſatione? Et hic apponuntur aliquæ regulæ, ex quibus multos caſus Confeſſarij, & Reſponſores caſuum conſcientiæ extricare poterunt.* Ex p.4.tr.4.& Miſc.reſ.53.p.238.

103. *An expreſſio falſi vitiet diſpenſationem? & pro praxi explanantur aliqui caſus particulares, & alij deducuntur, & annotantur.* Ex p.8. tr.3. reſ.61. ibid.

104. *An ſi per ignorantiam, vel ſimplicitatem quis expreſſit cauſam falſam, & diſpenſatus fuit, validè contraxerit? Et notatur, quod diſpenſatio variis modis poteſt ceſſare. Primo per renunciationem, &c.* Ex p. 8. tr.3.reſ.69. p.239.

105. *Quid operatur in diſpenſationibus clauſula* Motu proprio, *quando adeſt vitium ſubreptionis?* Ex part. 8.tr.3. reſol. 70. p240.

106. *An ſi diſpenſatus ex falſo nomine in reſcripto appoſito intelligat perſonam ſibi notam, vitietur diſpenſatio?* Ex part.7. tract.10. & Miſc. 1. reſ.35. ibid.

107. *An diſpenſatio ſit ſubreptitia, quando erratur nomine perſonæ?* Ex p.8. tr.3.reſ.63. p.241.

108. *An diſpenſatio ſit ſubreptitia, quando erratur nomine Diœceſis? Et quid, ſi erratur nomine perſonæ?* Ex part.8. tract.3.reſol.64 ibid.

109. *An ſit valida diſpenſatio, quando erratur nomine Diœceſis; ut ſi Petrus ſit Diœceſis Panormitanæ, dicatur eſſe Diœceſis Meſſanenſis? Et quid, ſi erratur nomine perſonæ? Et notatur, quod reſcriptum non vitiatur, ut à Commiſſario mandari non poſſit, ſi error aliquis incuria ſcriptoris irrepſerit; ut ſi pro tertio gradu affinitatis poſitus ſit tertius gradus conſanguinitatis, &c.* Ex part.1. tract.10. reſol.36.pag. 242.

110. *An error commiſſus circa perſonam, cui committitur reſcriptum expediendum, vitiet illud?* Ex part.7. tract.10. & Miſc. 1. reſolut. 34. ibid.

111. *An diſpenſatio inter conſanguineos, vel affines ſit ſubreptitia, non facta mentione de copula habita inter eos? Et an in tali caſu non teneantur, qui diſpenſationem petunt ad interrogationem Ordinarij de copula reſpondere, ſed poſſint ſine peccato negare; imo, & quamvis in reſcripto*

dicatur, ſi copula non fuerit? Ex part. 1. tract. 10. reſol. 44. pag. 243.

112. An diſpenſatio inter conſanguineos, vel affines ſit ſubreptitia, non facta mentione de copula? Ex p. 4. tr. 4. & Miſc. reſ. 135. ibid.

113. An diſpenſatione impedimentorum matrimonij ſit explicanda copula jam habita? Et quid, ſi Pontifex diſpenſaverit cum conditione, dummodo copula non intervenerit? Et an in tali caſu non teneantur, qui diſpenſationem petunt ad interrogationem Ordinarij de copula reſpondere, ſed poſſint ſine peccato negare copulam, dummodo ſit occulta, & ſecus ſi fuerit publica? Et explanatur, quod inceſtus cum conſanguinea non eſt impedimentum proveniens ex jure naturæ, neque ex jure Divino poſitivo, nec denique ex jure humano inductum. Ex part. 8. tr. 3. reſ. 81. ibid.

114. An ſaltem copula ſit exprimenda, quando habita fuit ad facilius obtinendam diſpenſationem? Et an ſi Sponſi habuerint inter ſe copulam hac ſpe, & intentione facilius obtinendi diſpenſationem, neceſſarium ſit non ſolum exprimere copulam, ſed etiam hanc ſpem, & intentionem? Et quid, ſi ab uno illorum tantum ſpes concipiatur? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 82. p. 245.

115. An qui copulam habuit, ut facilius poſſit à Summo Pontifice diſpenſationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, ſi illa tantum interius concepta fuerit. & non manifeſtata? Et quid, quando ita facta fuit ex parte unius tantum? Et notatur, quod quando copula fuit habita poſt conceſſionem diſpenſationis per Pontificem factam, ante tamen quam Ordinarius illam exequatur, diſpenſatio valida fuit circa impedimentum ſupra narratum; ſed tenentur contrahentes in hoc caſu diſpenſationem ab Epiſcopo obtinere. Et quid eſt dicendum, ſi ea ſpe, ut facilius Papa diſpenſet, contrahit matrimonium, vel conſummat matrimonium cum impedimentis, de quibus Concilium Tridentinum, ſeſſ. 24. c. 3. agit? Ex p. 9. tr. 7. & Miſc. 2. reſ. 36. ibid.

116. Quis habuit copulam cum affine, vel conſanguinea, ut facilius obtineret diſpenſationem, quæritur, an tali intentione Pontifici non explicata, diſpenſatio ſit valida? Et docetur intentionem occultam, & alteri non manifeſtatam habendi copulam cum ſpe facilioris diſpenſationis, non vitiare diſpenſationem, neque eſſe fatendam etiam in commiſſione data in ordine ad forum conſcientiæ. Et quæritur, an contrahentes non teneantur copulam fateri niſi caſu, quo interrogentur ab Ordinario, præcedentibus indiciis, aut infamia? Imo quamvis in dicto caſu ſit infamia, aut ſemiplena probatio copulæ, & quamvis contrahentes interrogati negent illicitè, diſpenſatio ab Ordinario facta erit valida. Et an non ſit neceſſarium in eadem ſupplica omnia impedimenta ejuſdem qualitatis explicare, ſed ſufficere unum poſt alterum in diverſis ſupplicationibus, & temporibus explicare, & de illis diſpenſationem obtinere? Ex part. 10. tract. 11. & miſceſſ. 1. reſol. 44. pag. 246.

117. Solet Pontifex diſpenſare, vel ratione jacturæ famæ, vel ratione copulæ, ſed hac ſola exiſtente, ut facilius diſpenſatio impetraretur, quidam appoſuerunt in petitione, quod adfuit copula, & quod adeſt jactura famæ, quæritur, an talis diſpenſatio ſit valida? Ex part. 10. tr. 11. & Miſc. 1. reſol. 43. p. 247.

118. An ſi allegata copula, & exinde jactura famæ, & ſcandali; ſi verè juſta adſint, Papa diſpenſet, diſpenſatio ſit irrita, copula non ſequuta? Et an ſi in ipſa petitione plures proponantur cauſæ, debeant omnes ad hoc, ut diſpenſatio valida ſit, verificari? Et an ſola expreſſio cauſæ falſæ finalis, qua ſi verè exprimeretur, non concederetur diſpenſatio, diſpenſationem irritet? Et in §. ultimo hujus Reſolutionis alius caſus valdè notandus adducitur, qui ſæpius contingit in praxi, & ex quo etiam deducuntur alij diverſi caſus. Ex part. 8. tract. 3. reſ. 65. pag. 248.

119. An diſpenſatio ſuper impedimento cognationis, vel publicæ honeſtatis, non facta mentione de copula habita, ſit ſubreptitia? Ex part. 5. tract. 14. & Miſc. 2. reſ. 28. pag. 249.

120. An diſpenſatio obtenta ſuper impedimento publicæ honeſtatis, ſeu cognationis ſpiritualis, tacita copula inter impetrantes, ſit valida? Et advertitur, quod etiam quando inceſtus cum conſanguinea eſt impedimentum, oportet, quod copula ſit perfecta, effuſo ſemine viri intra vas, & non ſufficit, quod fœmina ſeminet. Et additur non eſſe copulam narrandam, quando fuit inceſtuoſa ex parte alterius tantum, nempe quando alter ignorabat conſanguinitatis, vel affinitatis nexum. Ex part. 8. tract. 3. reſ. 83. pag. 250.

121. An qui ligati ſunt impedimento cognationis legalis, ſpiritualis, vel publicæ honeſtatis, ſi inter eos interceſſit copula, teneantur illam explicare in diſpenſationem? Et an ad valorem diſpenſationis in impedimento conſanguinitatis, & affinitatis non ſit neceſſarium mentionem facere de copula, ſi ea inter conſanguineos, vel affines interceſſerit? Ex part. 9. tractat. 7. & Miſc. 2. reſol. 37. ibid.

122. An diſpenſationes poſſint revocari ad libitum? Et quid, ſi gratis diſpenſet Pontifex, & non per modum contractus? Et docetur in duobus caſibus peccare mortaliter Pontificem, ſi diſpenſationem revocaret. Et advertitur non poſſe diſpenſationes in foro conſcientiæ conceſſas revocari abſque cauſa ſufficienti. Ex part. 8. tract. 3. reſol. 89. pag. 251.

123. De cauſis, per quas Pontifex ſolet in matrimoniis diſpenſare. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 93. ibid.

124. An ſi aliqua fœmina remaneret innupta propter deformitatem, v. g. ſed in diſpenſationis petitione ponitur, quod remaneret innupta ex defectu dotis, quæritur an talis diſpenſatio ſit valida? Idem eſt, ſi alios defectus notabiles fœmina patiatur, pro quibus innupta remanebit, ſi ita non impetrat diſpenſationem talem cum prædicta narrativa. Ex p. 10. tr. 11. & Miſc. 1. rrſ. 42. p. 252.

125. An diſpenſatio in cauſa matrimoniali ſit latè, vel ſtrictè interpretanda? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 33. p. 253.

126. An in ſecundo gradu ſit diſpenſandum ſolum inter magnos Principes, & pro cauſa publica? Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus conſanguinitatis lineæ tranſverſæ, excepto primo gradu; diſpenſare poſſet, ac proinde ſoleat? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 92. ibid.

127. An ſit annuendum quibuſdam Oratoribus, petentibus ſecum à Summo Pontifice diſpenſari in ſecundo gradu conſanguinitatis? Ex part. 8. tract. 7. & Miſc. reſolut. 8. pag. 254.

128. An Summus Pontifex poſſit licitè acquieſcere petitioni cujuſdam Oratoris volentis contrahere cum muliere ſibi conjuncta in ſecundo gradu affinitatis; Ex p. 7. tr. 12. & Miſc. 3. reſ. 36. alias 34. ibid.

129. An Epiſcopi poſſint in caſu valdè raro aliquando diſpenſare in impedimentis matrimonij? Et pro praxi prædictæ difficultatis explanantur aliqui caſus, in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare. Et quid dicendum, ſi in caſibus prædictis in textu hujus Roſolutionis, quando non eſt facilis recurſus ad Pontificem, eſt tamen ad Apoſtolicum Legatum? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 78. p. 255.

130. An in caſibus ſupradictis, ut Epiſcopus poſſit diſpenſare, requiratur, ut matrimonium ſit contractum bona fide ſaltem ex parte unius? Et quid, ſi mala fide cum ſupradicto impedimento ambo contraxerint? Et an non ſit mala fides, quamvis procedat ex lata culpa, & ignorantia craſſa, & culpabili, ſed requiratur, ut ſcienter præſumatur? Et in quibus verò caſibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, an non ideo poſſit ejus Vicarius generalis, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo id ei committatur? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 79. p. 256.

131. An Epiſcopus poſſit diſpenſare in impedimentis dirimentibus matrimonium, quando contractum eſt mala fide,

ſi

ſi ſequatur periculum, aut ſcandalum ? Ex part. 5. tr. 14. & Miſc. 2. reſ. 18. pag. 257.

132. An Epiſcopus ex urgentiſſima cauſa, & neceſſitate poſſit diſpenſare in impedimentis dirimentibus matrimonium ante contractum ipſum matrimonium ? Et latè explanatur quid in prædictis impedimentis poſt contractum matrimonium ? Ex Part. 2. tr. 16. & Miſc. 2. reſ. 17. alias 19. pag. 258.

133. An in aliquo caſu Epiſcopus poſſit diſpenſare in impedimento dirimente, ante contractum matrimonium ? Et an Epiſcopus poſt matrimonium contractum, diſpenſatione impedimenti ſubreptitiè obtenta, poſſit diſpenſare in eo impedimento, confirmando diſpenſationem Pontificis ? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in impedimentis dirimentibus ſupervenientibus matrimoniis jam contractis impedientibus petitionem debiti ? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare cum his, qui poſt votum caſtitatis ſimpliciter contraxerunt matrimonium, ut poſſint licitè petere ? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 80. ibid.

134. An Epiſcopus poſſit aliquando diſpenſare in impedimentis matrimonia dirimentibus ? Sed difficultas eſt, an ſi adſit Legatus, aut Nuntius poſſit tunc diſpenſare Epiſcopus ? Et notatur Epiſcopum poſt matrimonium contractum diſpenſatione, alioquin impedimenti ſubreptitiè obtenta, poſſe diſpenſare in eo impedimento, confirmando diſpenſationem Pontificis. Et an bona fides requiratur in contrahentibus, ut poſſit Epiſcopus in impedimentis dictis diſpenſare ? Et quid, ſi mala fides interceſſit ? Et advertitur tunc malam fidem dicendam eſſe, quando conjuges non ſolum ſciunt impedimentum, contrahere volunt, ſed etiam ſciunt inde oriri impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, &c. Et an ſupradicta extendantur ad forum externum ? Ex p. 11. tr. 8. & Miſc. 8. reſ. 3. pag. 259.

135. An Epiſcopus poſſit in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, authoritatem ſuo Vicario, vel aliis delegare ? Et an ipſemet Epiſcopus in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium poſſit diſpenſare ? Ex part. 9. tract. 7. & Miſc. 2. reſolut. 39. pag. 261.

136. An Epiſcopus poſt matrimonium contractum diſpenſatione ſubreptitia obtenta, poſſit diſpenſare in eo impedimento, diſpenſationem Pontificis confirmando ? Ex p. 9. tr. 7. & Miſc. 2. reſ. 40. pag. 262.

137. An detur caſus, ut Epiſcopus poſſit diſpenſare cum divitibus ſuper impedimento aliquo dirimente ex illo capite, quod non pateat aditus ad Pontificem ? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 96. p. 263.

138. An ſi quis matrimonium contrahat ante diſpenſationis notitiam, ſit validum ? Et docetur, quando nempe diſpenſatio cenſetur ſuum effectum operari, an à die ſuæ conceſſionis, vel à die notitiæ & acceptionis, & acceptationis ? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 88. ibid.

139. An diſpenſationes valeant ante litterarum expeditionem ? Et infertur diſpenſationes, & alias gratias non expirare mortuo Pontifice ante earum expeditionem. Et an ſola probabilis conjectura de obtenta diſpenſatione ſufficiat ad validitatem & honeſtatem actus ? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 84. ibid.

140. An diſpenſatio à Pontifice conceſſa, & ſignata valeat in foro conſcientiæ ? Ex quo deducitur, an ſi lex, vel ſtatutum decrevit, ut teſtamentum ſine ſolemnitate nullam faciat fidem in judicio, & extra judicium, an cenſeatur ipſo facto, etiam quoad forum conſcientiæ irritare teſtamentum ſine tali ſolemnitatè conditum ? Ex p. 10. tr. 16. & Miſc. 6. reſ. 55. p. 264.

141. An ſit valida diſpenſatio, ſi fœmina repudiavit legatum ad finem obtinendi diſpenſationem ob paupertatem ? Et quid ſentiendum eſt, ſi antequam mitteret Romam, vel poſtquam miſit, antequam Pontifex diſpenſaret, inſtituta ſit in prædicta hæreditate, vel legato ? Et an ſit valida diſpenſatio, ſi fœmina, quæ dote ſufficienti caret, ut nubat extraneo, ad obtinendam diſpenſationem allegat ſe innuptam remanſuram ob defectum dotis, ſi non nubat cum conſanguineo, &c. Ex part. 8. tract. 3. reſ. 94. pag. 265.

142. An quis poſſit liberè contrahere, ſi dubitet de impedimento ante matrimonium contractum ? Et quid, ſi autem dubites, an impedimentum habeas eo, quod ſcias te habuiſſe verum impedimentum, neſcias tamen, an obtinueris veram diſpenſationem ? Ex part. 8. tractatu 3. reſolut. 95. pag. 266.

143. An diſpenſatio prima vice, qua illa utimur, extinguatur ? Ex p. 5. tr. 14. & Miſc. 2. reſ. 30. ibid.

144. An commiſſio diſpenſandi in impedimentis matrimonii, vel irregularitate, & aliis, quæ in foro externo, vel interno committitur cum clauſula, ſi preces veritate nitantur ; expiret morte concedentis re integra ? Ex part. 8. tractatu 3. reſolut. 98. p. 267.

145. An diſpenſatio, ſeu potius facultas teſtandi conceſſa Epiſcopis, Monachis, vel aliis, quibus teſtandi interdictum eſt, expiret morte concedentis ; ubi etiam aliæ curioſæ quæſtiones reſolvuntur, ſæpius contingentes in praxi pro licentiis, gratiis, & privilegiis, an expirent morte concedentis, nec ne ? Et advertitur, quod teſtamentum factum ſine licentia convalidatur ſupervenienti facultate teſtandi. Idem dicendum eſt, ſi Princeps alicui licentiam indulſerit ad ædificandum molendinum illicitè jam factum. Idem etiam infertur pro aliis ſimilibus caſibus ? Ex p. 8. tract. 3. reſol. 99. p. 269.

146. An ceſſante cauſa diſpenſationis, ceſſet ipſa diſpenſatio ? Et in exemplum hujus difficultatis adducuntur diverſi caſus in textu hujus Reſolutionis. Ex p. 1. tr. 10. r. 41. p. 271.

147. An ceſſet diſpenſatio, ceſſante cauſa poſt integrè, & perfectè obtentam diſpenſationem ? Et pro praxi prædictæ quæſtionis explanantur aliqui caſus, & tota doctrina hujus Reſolutionis eſt valdè notanda. Ex part. 8. tract. 3. reſ. 24. ibid.

148. An ſi diſpenſatus circa aliquod impedimentum criminis, poſtea incidat in aliud ſimile crimen, teneatur mentionem facere de priori diſpenſatione ; & quid de criminibus diverſi generis ? Ex part. 8. tract. 3. reſ. 75. pag. 273.

149. An diſpenſatio obtenta per vim, & metum ſit valida ? Ex part. 8. tractatu 3. reſolut. 76. p. 274.

150. An ſi quis petat facultatem à Superiore ad diſpenſandum in quodam caſu, quem, data opera, non explicat, quia timet de excluſiva Epiſcopi, impetratio ſit valida ? Ex part. 8. tract. 3. reſ. 52. ibidem.

151. An forenſes, & peregrini poſſint diſpenſari ab Epiſcopis, etiamſi brevi tempore in eorum Diœceſim commorentur ? Et quid de Scholaribus, Prætoribus, Medicis, Officialibus, &c. Ex part. 8. tractat. 3. reſolut. 47. ibidem.

152. An Clericus in Minoribus conſtitutus poſſit exercere Medicinam ſine alia Pontificia diſpenſatione ? Et quid, ſi ſit Clericus in Sacris, aut Beneficiariis. Ex part. 6. tr. 7. & Miſc. 2. reſ. 50. p. 276.

153. Ex pluribus reſcriptis à Pontifice impetratis quodnam ſit præferendum ? Ex p. 8. tr. 7. & Miſc. reſ. 4. ibid.

154. De clauſulis diſpenſationum, quæ apponuntur in litteris Pœnitentiariæ ; & primo, de prima clauſula Diſcreto viro Magiſtro in Theologia, &c. & Confeſſori ex approbatis, &c. Et advertitur errorem eſſe vulgi litteras diſpenſationis fruſtrari ſuo effectu, ſi aperiantur, &c. Sed difficultas eſt de Confeſſore, qui fuit approbatus ab Ordinario ad audiendas Sacramentales confeſſiones, videlicet virorum dumtaxat, & non mulierum, vel è contra ; non tamen ob defectum ſcientiæ, ſed ratione juvenilis ætatis ; an iſte poſſit exequi litteras in forma Brevis ſacræ Pœnitentiariæ ad favorem mulieris, v.g. obtentas, vel è contra ? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 103. p. 277.

155. An ſemel Confeſſarius electus ex virtute litterarum

rum diſpenſationis; poſſe vigore ejuſdem Bullæ inconſulto Majori Pœnitentiario, variari; Et an verò, ſi ſupradictæ litteræ aperiantur à non habente ſupradictas qualitates, ſuo effectu fruſtrentur, aut priventur? Et an peccet prædictas literas aperiens, ſi illis qualitatibus præditus non ſit? Ex part. 8. tractatu 3. reſolut. 104. pag. 278.

156. An Confeſſarius habens facultatem diſpenſandi ſuper certam materiam, diſpenſatio ſit valida, ſi in confeſſione ſacramentali interne illam fecerit, putando tam ipſe, quam pœnitens non eſſe neceſſarium verbis expreſſis facere? Vel an ſit neceſſarium iterum expreſsè diſpenſare, & proferre verba diſpenſationis, dicendo Diſpenſo tecum, &c. Et an hæc diſpenſatio poſſit fieri à Sacerdote, etiamſi diſpenſans ſit abſens? Ex part. 4. tract. 4. & Miſcell. reſol. 118. ibid.

157. An diſpenſatio in literis Pœnitentiariis fieri debeat in Confeſſione ſacramentali? Et an Confeſſarius debeat eſſe approbatus ſine limitatione? Et an ad valorem diſpenſationis ſufficiat, ſi confeſſio ſit invalida? Et an talis delegatus, opus eſt, ut ſit Doctor juris Canonici, vel Magiſter in Theologia in Academia approbata, & non Licentiatus, nec cæteri alij? Et notatur, quod Regulares, quibus Superiores permiſerint, habent privilegium expendendi has literas, etiam ſi non ſint Doctores, vel Magiſtri. Et alij caſus circa ſupradicta explanantur, & pro cæteris aliis clauſulis prædictarum literarum? Ex part. 4. tract. 4. & Miſcell. reſol. 71. p. 279.

158. An virtute literarum continentium facultatem diſpenſandi, diſpenſatio fieri debeat in Sacramento confeſſionis? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 105. p. 280.

159. An ſi confeſſio ſit ſacrilega, diſpenſationes prout in ſuperiori Reſolutione dictum eſt, ſint invalidæ? Ex p. 8. tr. 3. reſ. 106. p. 281.

160. De clauſula diſpenſationum propter periculum incontinentiæ. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 107. p. 282.

161. De clauſula diſpenſationum in Ordine ad diligentem Oratoris examinationem. Et pro praxi ſupradictæ difficultatis aliqua alia annotantur, & explanantur. Ex p. 8. tr. 3. reſ. 108. ibid.

162. De clauſula diſpenſationum in Ordine ad Confeſſiones, & alias pœnitentias injungendas. Et adducuntur diverſi caſus contingentes in praxi pro implendis ſupradictis pœnitentiis. Ex part. 8. tractatu 3. reſolut. 109. ibidem.

163. De clauſula apponi ſolita in diſpenſationibus, Dummodo copula non intervenerit. Et quid de alia clauſula, Dummodo copula non interfuerit ſub ſpe facilioris diſpenſationis; an in tali caſu, ſi ſpes non fuerit exterius ſignificata, ſed tantum interius concepta, an in tali caſu, ſi copula taceatur, diſpenſatio ſit valida. Ex part. 11. tractatu 5. & Miſcell. 5. reſ. 36. pag. 283.

164. De clauſula diſpenſationum, Dummodo impedimentum inde proveniens occultum ſit. Et notantur, & explanantur illa, quæ in literis Pœnitentiariæ aliquando apponuntur, ut conjux impedimenti ignarus certior fiat de prioris conſenſu nullitatis. Ex part. 8. tract. 3. reſ. 110. pag. 284.

165. De clauſula literarum diſpenſationum Sacræ Pœnitentiariæ, nempe Gratis ubique. Ex part. 8. tractat. 3. reſ. 111. ibid.

166. An pro expediendis diſpenſationibus recipere quis aliquid poteſt? Ex part. 4. tract. 4. & Miſcell. reſolut. 84. pag. 285.

167. An Curialis, qui ut facilius diſpenſationem impetret, mutat narrationis ſubſtantiam, incurrat excommunicationem? Ex part. 8. tractatu 3. reſolution. 68. ibidem.

168. An beneficij titulus revalidetur per regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſione, aut aliam præſcriptionem, non obſtante pœna inhabilitatis, aut privationis impoſita proviſo, neque alia opus ſit diſpenſatione aut tituli habilitatione? Et quid de poſſidente beneficium pacifice per triennium, ſed mala fide; vel ſi quis ſimoniace fuit inſtitutus in beneficium per ignorantiam? Et an penſio non revalidetur per regulam de triennali? Et an obligatio reſtituendi fructus, v. g. beneficiorum non tollatur per regulam de triennali? Et aliqua alia circa ſupradicta docentur, & explanantur. Ex part. 7. tract 10. & Miſc. 1. reſol. 26. pag. 286.

169. Quis per triennium pacifice poſſedit beneficium, ſed à principio cum mala fide, quæritur, an adjuvetur regula Cancellariæ de triennali poſſeſſione? Et quid, ſi à principio poſſedit bona fide? Et notatur triennalem poſſeſſionem juvare, quando proviſus beneficij eſt capax. Ex p. 11. tr. 5. & Miſc. 5. reſ. 3. p. 287.

170. Alia dubia excutiuntur circa regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſione. Primo, an irregularis poſſit adjuvari hac triennali poſſeſſione? Secundo, an hæc regula de triennali ſuffragetur in gratia ſubreptitia? Et tandem notatur collationem beneficij factam invalido, vel ſuſpenſo non eſſe ipſo jure invalidam, ſed irritandam. Ex quibus aliqua alia inferuntur circa ſupradicta. Ex part. 11. tr. 5 & Miſc. 5. reſ. 4. p. 288.

171. Plura dubia elucidantur ad praxim conducentia pro ornatu regulæ 33. Cancellariæ de poſſeſſione triennali. Et notatur validam eſſe profeſſionem factam eodem die ſuſceptionis habitus, vel complementi ſexti decimi anni. Etiamque advertitur annum Novitiatus debere eſſe continuatum continuatione phyſica, non morali, itaut ſi per unam, aut duas horas interrumpatur, non eſſe validum, etiam ſi Novitius habitum Religionis obtinuiſſet. Ex p. 9. tr. 9. & Miſc. 4. reſ. 68. alias 67. p. 290.

172. Multa de pluritate beneficiorum ſcitu digna adnotantur. Et inter alia quæ diſcutiuntur in textu hujus Reſolutionis pro prædicta materia, tandem deducitur, quod Papa licitè diſpenſare poteſt in pluralitate beneficiorum, quando juſta ſubeſt cauſa, ſecus graviter delinquit. Et quod nemini ſuffragatur diſpenſatio Pontificia ad poſſidendum ſimul plura beneficia, niſi ex juſta cauſa fuerint obtenta, & aliter peccat mortaliter, neque tutus eſt in conſcientia per hujuſmodi diſpenſationem, ſed tenetur alterum beneficium reſignare. Et an quando unum beneficium eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, licitum ſit abſque diſpenſatione Papæ, vel Epiſcopi, & nulla alia cauſa tenere plura beneficia ſimplicia, reſidentiam non requirentia, idque ſaltem ex conſuetudine nota, & tolerata? Et in §. penultimo, & ultimo hujus Reſolutionis datur gravis doctrina, & in mente, & promptu à Confeſſariis tenenda, quomodo ſe gerere debeant cum ſupradictis circa abſolutionem, niſi ſuperflua erogent in Eccleſiæ utilitatem, & opera pia, &c. Ex p. 10. tr. 13. & Miſc. 3. reſ. 1. pag. 293.

173. An in foro conſcientiæ ſit licita, & poſſit retineri penſio obtenta à Pontifice abſque juſta cauſa ſine obreptione, aut ſubreptione? Et aliqua ſupponuntur pro intelligentia hujus quæſtionis. Et quæritur, an ſit tutus in foro conſcientiæ reſignans beneficium, ſi omnes fructus beneficij, (ut ſæpe fit.) aſſignentur in penſionem ipſi reſignanti, vel tanta pars ut reſignatarius non poſſit commodè ſuſtentari? Ex part. 10. tract. 14. & Miſc. 4. reſ. 72. alias 70. pag. 294.

---

## Appendix ad hunc Tractatum ſecundum de Diſpenſationibus.

Quis poſt partum uxoris ſtatim ob periculum baptizavit infantem, adſtantibus tamen multis, qui hoc

hoc facere poterant; quæritur, an Epiſcopus, Commiſſarius Bullæ Cruciatæ, & Confeſſarij Regulares ex commiſſione ſuorum Provincialium poſſint diſpenſare circa ſupradictum impedimentum ad petendum debitum? Eadem eſt ratio de uxore. Et an Epiſcopus non poſſit diſpenſare circa numerum aſſignatum in Concilio Tridentino pro Patrinis in Baptiſmo? Ex part. 3. tract. 4. ex reſol. 3. & in part. 10. tract. 16. ex reſolut. 30. alias 29. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tractat. 1. de Baptiſmo reſ. 103. & 96.

*Quando pœnitentia impoſita à Dataria pro aliquo impedimento matrimonij dirimente impleri non poteſt, quæritur, an poſſit commutari ab Epiſcopo, & contrahentes virtute diſpenſationis matrimonium inire? Et in exemplum prædictæ quæſtionis tres caſus valdè notandi adducuntur ſæpius contingentes in praxi. Et an, qui per Confeſſorem vigore literarum alicujus diſpenſationis habet pœnitentiam, ut in ſingulis menſibus confiteatur, confeſſionem in aliquo menſe omiſſam teneatur in ſequenti ſupplere?* Ex p. 7. tract. 10. ex reſol. 9. & in part. 5. tract. 14. ex reſ. 31. *Quæ hic reperientur* in tom. 1. tract. 6. de ſatisfactione ſacramentali reſ. 58. & 43.

*An quia præceptum de jejunio Euchariſtico eſt juris communis poſſit Epiſcopus diſpenſare, ut Sacerdos non jejunus poſſit celebrare pro conſecranda particula ad communicandum moribundum, vel in dicto caſu bis celebrare? Et an cum Sacerdote cœco poſſit fieri diſpenſatio, ut celebret? Et an ſi Sacerdos cœcus conſecret ſine Pontificia diſpenſatione, peccet mortaliter, & graviter? Et an facultas diſpenſandi ut quis celebret, capite cooperto pro aliqua infirmitate, ſpectet tantum ad Summum Pontificem? Et an Generalis Religionum poſſit diſpenſare, ut certarum Miſſarum cum multis collectis celebratione plurium Miſſarum oneribus ſubditi regulares ſatisfaciant?* Ex part. 5. tract. 3. ex reſ. 35. & in tract. 6. ex reſol. 17. & in part. 2. tract. 14. ex reſol. 58. & 6. *Quæ hic ſunt* in tom. 2. tract. 1. de Celebratione Miſſarum reſolut. 132. 138. 139. & 10.

*An Pontifex quotannis diſpenſet cum Cardinali celebrante in nocte Nativitatis Domini in Capella Pontificis, ut poſſit non jejunus celebrare?* Ex part. 7. tr. 12. ex reſ. 12. *Quæ nunc invenitur* in tom. 2. tr. 3. de audienda Miſſa in die feſto reſ. 12.

*Nota, quod* in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis, *ſunt multæ difficultates miſtæ pro diverſis diſpenſationibus interſtitiorum; etiam cum Regularibus familiaribus Epiſcopi, & aliis; & pro aliis diverſis caſibus, qui contingere ſolent in prædicta ordinatione, & Sacramento Ordinis, & quos ibi, ſi requiris facillimè invenies.*

*An ſponſalia inita inter conſanguineos cum conditione, ſi Papa diſpenſaverit ſint valida, & obligent in conſcientia, impetrata diſpenſatione? Et in prædicto caſu, an licitum ſit utrique contrahenti ante, & poſt impetratam diſpenſationem, altero invito, à ſponſalibus reſilire, etiamſi promiſſio fuerit juramento confirmata? Et an conſanguinei contrahentes matrimonium per verba de præſenti ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, non ſit matrimonium abſque novo conſenſu, obtenta diſpenſatione Papæ; & incurrant in excommunicationem latam in Clementina unica de conſang. Et an, quando contrahentes ſunt ex diverſis Diœceſibus, & Ordinarius unius diſpenſat in denunciationibus, ſufficiat, ut non fiant in Parochia alterius? Et an Ordinarius poſſit diſpenſare in denunciationibus, & quid eſt intelligendum ſub nomine Ordinarij in Concilio Tridentino* ſeſſ. 24. de Matrim. c. 1. *Et an ſaltem Vicarius Epiſcopi poſſit diſpenſare ex juſta cauſa, ne fiant denunciationes? Et an hoc non procedat in Vicariis foraneis? Et in dubie, an res egeat diſpenſatione, poſſit Epiſcopus declarare, vel ad cautelam diſpenſare? Et an ſi quis invalidè contraxit ob defectum conſenſus, vel cum impedimento dirimente, obtenta diſpenſatione, teneatur iterum conſentire ante Parochum, & teſtes? Et an fœmina, quæ contraxit cum impedimento dirimente, ſi hoc poſtea ſciat, teneatur reddere debitum tempore, quo petit diſpenſationem, ſi adſit periculum vitæ? Et quid eſt dicendum, ſi uterque ſciat prædictum impedimentum? Et an in caſu, quo ad Pontificem non pateat acceſſus ex inopia, vel alia juſta cauſa impediente, poſſit Epiſcopus in dictis impedimentis diſpenſare? Et an impetrata diſpenſatione matrimonij nullius, conjux impedimenti conſcius teneatur aperire alteri matrimonium contractum fuiſſe irritum? Et an hoc non procedat, quando revalidatur matrimonium nullum, quia uni defuit à initio conſenſus verus? Et an conjux peccet, reddendo debitum inceſtuoſo, qui ſcilicet peccavit cum ipſius uxoris conſanguinea ante diſpenſationem? Et an quando uterque conjux ex communi conſenſu caſtitatem vovit, poſſit propter periculum incontinentiæ Epiſcopus diſpenſare, ut petant, & reddant debitum? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in votum caſtitatis emiſſum poſt contractum matrimonium ante conſummationem?* Ex part. 3. tract. 4. ex reſol. 289. 238. 236. & 237. alias 290. 239. 237. & 238. & in part. 4. tract. 3. ex reſolut. 17. & ex part. 3. tract. 4. ex reſol. 290. alias 291. & in part. 2. tract. 15. ex reſolut. 5. & in part. 4. tract. 4. ex reſol. 48. & 49. & in part. 3. tract. 4. ex reſolut. 295. alias 296. & in part. 4. tract. 4. ex reſolut. 125. *Quæ hic ſunt* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio reſolut. 19. 66. 67. 68. 131. 143. 145. 176. 177. 180. & 219.

*An ſi quis adulteravit cum conjugata cum promiſſione ſumendi illam in uxorem, marito mortuo, poſſit abſque diſpenſatione Pontificis matrimonium illud inire, ſi, dum commiſit adulterium, neſciebat impedimentum dirimens ex illo proveniens? Idem eſt, ſi interfecit maritum ad finem contrahendi matrimonium illud. Et curſim deducitur, quod ſi quis haberet copulam cum matre, & haberet copulam cum filia ignorando inculpabiliter impedimentum affinitatis, nam ſi hoc non obſtante contraheret ſine prævia diſpenſatione, matrimonium eſſet nullum.* Ex part. 10. tr. 13. ex reſol. 51. *Quæ nunc invenietur* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio reſ. 170.

*Nota, ubi non erat neceſſaria nota, quod ſupra tractatus primus de poteſtate Pontificis quoad Sacramenta hujus tomi tertij totus eſt plenus difficultatibus, & quæſtionibus etiam pro poteſtate Pontificis quoad diſpenſandum in diverſis caſibus ibi contentis in variis reſolutionibus præcitati tractatus, lege illum, & non te pigebit.*

*An Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione habeat poteſtatem diſpenſandi in caſibus Papalibus, quos poteſt diſpenſare Epiſcopus ratione alicujus impedimenti? Et quid de Regularibus, vel privilegio Bullæ Cruciatæ? Et an Epiſcopus in aliquo caſu poſſit diſpenſare cum homicida voluntario ad ſuſcipiendos Sacros Ordines? Et utrum, urgente neceſſitate, ſeu ſcandalo, & non ſit facilis recurſus ad Summum Pontificem, poſſit Epiſcopus diſpenſare cum homicida voluntario, occulto tamen, ut miniſtret in ſuſceptis Ordinibus Sacris? Et infertur, quod quando hæc tria concurrunt, nimirum difficilis recurſus ad Summum Pontificem; ſcandalum, ſi fiat ſeparatio; & periculum incontinentiæ, poſſunt Epiſcopi diſpenſare in matrimonio celebrato cum occulto impedimento dirimente.* Ex part. 9. tract. 6. ex reſolut. 55. alias 56. & in tract. 8. ex reſ. 52. *Quæ hic ſunt infra in hoc ipſomet* tom. 3. tr. 3. de Poteſtate Epiſcopi quoad abſolvendum, & diſpenſandum reſolut. 4. & 52. *Et nota quod ibi reperies alias varias difficultates pro diſpenſatione Epiſcopi in illis, & quia propè eſt tractatus, require ibi quidquid tibi occurrerit ita miſtum.*

*An Epiſcopus poſſit diſpenſare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam? Et quid, ſi diſpenſaret in aliqua irregularitate orta ex delicto? Et notatur pecunias impoſitas pro diſpenſationibus modo, quo ſupra ſatis applicandas eſſe ab Epiſcopis piis operibus.* Ex part. 10. tract. 8. ex reſol. 8. & 9. *Quæ hic ſunt infra* in tr. 4. de mulctis, ſeu pœnis reſ. 7. & 8.

# Index Tractatuum,


*An nunquam diſpenſationes matrimoniales dirigantur Capitulis: Sede vacante, quamvis id nominatim petatur, ſed Epiſcopis vicinioribus? Et an Capitulum, Sede vacante, poſſit diſpenſare, ut quis ordinetur non ſervatis temporum interſtitiis? Et quid circa hoc de Vicario cap. Sedis vacantis? Et an Capitulum, Sede vacante, poſſit diſpenſare cum illegitimis quoad Ordines minores, & beneficium ſimplex? Et an non poſſit Vicarius Capitularis concedere hanc diſpenſationem, niſi habeat ſpeciale mandatum? Et an Capitulum, Sede vacante, poſſit diſpenſare ſuper omnibus irregularitatibus, ſuſpenſionibus, &c. quibus poteſt Epiſcopus vigore Concilij Tridentini* ſeſſ. 24. *Et an Capitulum, Sede vacante poſſit diſpenſare in petitione debiti? Idem eſt de ejus Vicario, aut Proviſore. Et an Capitulum, Sede vacante, poſſit diſpenſare in caſibus Pontificiis, quando non eſt facilis recurſus ad Papam? Et an poſſit diſpenſare in omnibus votis, & juramentis, quibus poteſt Epiſcopus? & an Capitulum, Sede vacante, poſſit diſpenſare, & remittere pœnas per Epiſcopum mortuum impoſitas? Et an vicarius Cap. Sedis vacantis non poſſit diſpenſare ſine ſpeciali licentia, & mandato in caſibus, in quibus Epiſcopus diſpenſat? Et an Vicarius Cap. Sedis vacantis poſſit cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, & exequi diſpenſationes in matrimonij impedimentis, & literas in formam* Dignum, *quæ huiuſmodi Vicario Epiſcopi ſolent committi? Et an Capitulum, Sede vacante, & ejus Vicarius poſſint diſpenſare in lege Pontificia, irregularitate, &c. apponendo pœnam pecuniariam?* Ex p.8. tr. 4. ex reſ. 1. 5.6.7.9.43.45.19.& 66. & in p.7. tract. 2. ex reſol. 3. & in part. 6. tr. 7. ex reſol. 41. & in part. 5. tract. 14. ex reſol. 29. & in part. 10. tract. 8. ex reſol. 10. *Quæ hic ſunt infrà* in tract. 5. de Cap. Sede vacante reſolut. 2. 16. 17.19.23.26.48.78. 20.73.77.& 59.

*An Prælatus Religioſis additis Breviario Romano poſſit in publica recitatione ex cauſa juſta diſpenſare in Officio unius diei, una vel altera vice? Et quid circa hoc decrevit Sacra Cardinalium Congregatio? Et an Superior poſſit cum ſuis Religioſis diſpenſare obligationem recitandi officium divinum? Et an ſi quis in morbo, vel in dubio petat diſpenſationem à Prælato, & ipſe concedat, licet à meridie convaleat, & à febri liberetur, non teneatur Horas perſolvere? Et an quando Medicus dubitat, an propter timorem gravis damni teneatur infirmus dicere Horas Canonicas, an inquam, in tali caſu recurrendum ſit ad Superiorem pro diſpenſatione? Et an onus, & conſuetudo, quam communitas Regularium habet recitandi Horas Canonicas, interdum ex juſta cauſa diſpenſari poſſit? Et an Canonicus diſpenſatus in ætate etiam lucretur diſtributiones?* Ex part. 2. tract. 12. ex reſol. 36. 19. & 28. & in part. 7. tract. 11. ex reſ. 14. & in part. 10. tract. 14. ex reſol. 3. & in tract. 16. reſol. 54. *Quæ hic ſunt infrà* in tractatu 6. de Horis Canonicis reſolut. 108. 109. 44.39.19. & 137.

*Explanatur, quando privilegium eſt odioſum, vel favorabile, & quando ſtrictè eſt reſtringendum, vel ampliandum. Et an Prælati habentes jura Epiſcopalia, præſertim Archimandritæ, Meſſanenſis, Abbas S. Luciæ, &c. poſſint aliquando diſpenſare, ut celebretur extra Eccleſiam? Et an ſaltem Epiſcopi, non obſtante Concilio Tridentino, ac brevibus Pauli V. & Urbani VIII. poſſint hodie in aliquo caſu particulari ex juſta cauſa diſpenſare, ut celebretur extra Eccleſiam cum altari portatili? Et quæritur, quid concedat privilegium Cruciatæ, quando Commiſſarius diſpenſat circa horam celebrandi in privato Oratorio?* Ex part. 9. tract. 1. ex reſ. 37. §. penult. & ult. & ex reſol. 48.43. & 30. *Quæ nunc invenientur* in tom. 4. tr. 2. de Oratoriis privatis reſ. 3. 10.20. & 47.

*An votum non nubendi ſit per Bullam Cruciatæ diſpenſabile, Et an per privilegium Bullæ Cruciatæ diſpenſatus in eſu carnium, cenſeatur diſpenſatus ad non jejunandum? Et notatur, quod quando per Bullam quis diſpenſatus eſt, ut comedat carnes, & lacticinia, poſſit ſimul comedere piſces. Et an per Bullam Cruciatæ ſit diſpenſabilis omnis irregularitas, quæ eſt pœna? Et an aliqua alia ſpecies irregularitatis ſit diſpenſabilis per Bullam Cruciatæ; Et an Commiſſarius Bullæ Cruciatæ poſſit diſpenſare in aliquibus irregularitatibus? Et an poſſit diſpenſare ſuper irregularitate publica contracta tamen ex delicto? Et quid de irregularitate proveniente ex homicidio caſuali licet publica; vel ex injuſta mutilatione membrorum? Et an poſſit diſpenſare in irregularitate propter Symoniam? Et quid de irregularitate propter hæreſim? Et an irregularitas contracta propter malam ſuſceptionem Ordinum, quia ſuſcipiens erat excommunicatus, ſuſpenſus, &c. ſit per commiſſarium Cruciatæ diſpenſabilis? Sed remanet iſta difficultas, in qua irregularitate contracta ex bigamia poteſt Commiſſarius Cruciatæ diſpenſare? Et an Commiſſarius Cruciatæ poſſit diſpenſare in aliquo impedimento matrimonij? Et an ille primus gradus, in quo poteſt Commiſſarius diſpenſare intelligendus ſit in utraque linea recta, & tranſverſali? Et notatur, quod ſi denunciationes culpabiliter eſſent omiſſæ, etiamſi matrimonium contractum ſit ante Parochum, & teſtes, & non poſſit in tali caſu Commiſſarius Cruciatæ diſpenſare. Etiamque quæritur, quando dicitur impedimentum occultum, ut poſſit Commiſſarius diſpenſare? Et an quando Commiſſarius diſpenſat in aliquo impedimento, opus ſit, ut qui ignorat impedimentum, certior de illo efficiatur? Et enumerantur plures caſus, in quibus ſecundum opinionem aliquorum Doctorum Confeſſarius virtute Cruciatæ poteſt tollere irregularitatem, & illam diſpenſare. Idem eſt de Prælatis Regularium. Et tandem objicitur, quod in facultate abſolvendi contenta in Bulla Cruciatæ non comprehenditur facultas diſpenſandi; nam aliud eſt abſolvere, & aliud diſpenſare.* Ex p. 1. tr. 1. 11. ex reſ. 59.4.& 27. & ex p.4. tr. 2. ex reſ. 81. & ex p. 1. tr. 11. à reſ. 110. uſque ad reſ. 119. & in p. 10. tr. 11. ex reſ. 22. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ reſ. 112. 170. 130.131. & à reſ. 134. uſque ad reſ. 143. & in reſ. 132.

*Nota, quod in prædicto* tom. 4. & tr. 3. de Bulla Cruciatæ, *ſunt quamplurimæ difficultates, quas curſim author tangit, vel ex alia principali doctrina cujuſlibet reſolutionis inferuntur, in quibus quaſi per tranſitum dicitur.* In hoc etiam poteſt Epiſcopus diſpenſare; *Ideò ſi caſus ita occurrerit, require illum* in reſol. 80.82.84. 89. 90. 92. 93.94.96.97.98.99. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 119. 120. & 136. *Quas reſolutiones intellige pro diſpenſationibus etiam virtute Cruciatæ.*

*An Confeſſarius vi Jubilæi poſſit diſpenſare, vel commutare votum perpetuæ caſtitatis, vel religionis, quando non eſt tota materia voti? Idem eſt dicendum de quovis alio habente privilegium diſpenſandi in votis. Et an Confeſſarius virtute Jubilæj habens facultatem diſpenſandi, & commutandi vota, extendatur hæc facultas ad juramenta promiſſoria Deo facta; vel ad vota jurata? Et quid, ſi hæc facultas fuiſſet limitata ad unicum votum; an tunc poſſit auferri juramentum de eadem materia illi comitanter adjunctum? Et an qui voluntariè, vel ex oblivione, tempore Jubilæj, non petiit diſpenſationem alicujus voti, irregularitatis, vel ſuſpenſionis, poſſit deindè tranſactum Jubilæum, etiam poſt multos annos, eamdem diſpenſationem obtinere? Et an vigore Jubilæj, Bullæ Cruciatæ, aut cujuſvis alterius privilegij ſit diſpenſabile votum Religionis ſtrictioris in Religionem minus ſtrictam? Et an per generalem diſpenſationem in irregularitatibus virtute Jubilæi, non ſit dubitandum manere pœnitentem diſpenſatum in irregularitatibus oblitis, & ideo poſt tranſactum Jubilæum poſſit à quolibet Confeſſario diſpenſari?* Ex p. 5. tr. 12. ex reſ. 60. 57. & 40. & in part. 2. tract. 16. ex reſ. 9. alias 11. & in p. 10. tr. 14. ex reſ. 29. & 30 alias 27. & 28. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 4. de Jubilæo reſ. 16.19.59.58.15. & 60.


Quid

Quid facere debeat dubitans, an teneatur ad jejunandum, a in tali caſu teneatur pro diſpenſatione ad Superiorem re- currere? Et quid eſt faciendum, ſi Prælatus etiam dubitet de ſufficientia cauſæ, aut judicet eam minus ſufficientem, an debeat tunc jejunium in alia opera pia commutare? Et an quãdo Prælatus poſſit diſpenſare circa jejunia ſubdito- rum, poſſit etiam circa ſua; Et an quando cauſa fuerit du- bia circa comeſtionem carnium in jejunio, opus ſit diſpen- ſatione ſi ageretur de nocumento notabili? Et docetur Præ- latos, & Superiores, quando ſubditi proponunt cauſam dubiam ad obtinendam diſpenſationem, non debere eſſe ni- mis ſcrupuloſos, ac ambiguos, remittentes id Conſcientiæ ſubditi petentis, cum potius ad ipſos ſpectet tunc diſpen- ſare cauſam dubiam, per diſpenſationem faciendo illam ju- ſtam. Et an diſpenſatus in eſu carnium cenſeatur diſpenſa- tus ad non jejunandum? Et an diſpenſatus, ut poſſit edere piſces? Et an diſpenſatus ad carnes non propter virium debilitatem, ſed quia ſibi Quadrageſimales ſunt ei nocivi, ſi in aliquibus diebus non comedat carnes, teneatur jeju- nare? Et an diſpenſatus ad edendas carnes poſſit ſimul co- medere piſces, ſi ab Epiſcopo fuerit hoc prohibitum ſub pœna excommunicationis? Et an Medicus in cauſa dubia poſſit jejunio diſpenſare, imo dictis illorum acquieſcere di- centium ſe non poſſe jejunare abſque alia veritatis inda- gatione; an verò ſolum poſſit declarare, ſi cauſa ſit ſuffi- ciens, an non? Et notatur, quod quando cauſa eſt euiden- ter juſta, certa, aut probabilis, nulla eſt opus diſpenſatio- ne, ſed quando dubia eſt, recurrendum eſt ad Superio- rem, Epiſcopum, vel Confeſſarium electum per Bullam, ut diſpenſet. Et an tempore peſtis poſſit Epiſcopus diſpenſa- re, ut in ſua Civitate comedantur carnes in Quadrageſi- ma? Et an cum omnibus in domo recluſis propter ſuſpicio- nem peſtis poſſit Epiſcopus diſpenſare in auditione Miſſæ in die feſto, vel quid eſt agendum? Et notatur, quod di- ſpenſatio in jejunio facta ab Epiſcopo, vel alio Prælato inferiori Papa ſine juſta cauſa, non ſolum eſt illicita, ſed invalida? ideo peccat mortaliter Epiſcopus, aut Prælatus ex defectu poteſtatis. Et an Epiſcopus poſſit in legẽ localẽ jejunij latam in Concilio Provinciali diſpenſare? Et quid, ſi fuerit lata in Synodo Diœceſana? Et docetur Ponti- ficem diſpenſando cum aliquo in jejunio abſque cauſa non peccare, neque venialiter. Ex p.1. tr.9. ex reſ.15. 25. & 26. & in p.4.tract.3. ex reſ.56. & ex p.9. tract.6. ex reſ.11.& 26.aliàs 27.& in p.10.tract.13.ex reſ.27.& tract.14. ex reſ.5.alias 3.& in tr.16.ex reſ.77. *Quæ hic reperientur* in tom.4. tract.6. Jejunio reſ.3.75.72.73. 77.74.4.69. & 70.

*An Pontifex poſſit diſpenſare ſaltem validè ſi non licitè cum aliquo Cardinali, Epiſcopo, vel Beneficiario, ne ex- pendant redditus Eccleſiaſticos in uſus pios? Et an Pon- tifex non peccet diſpenſando ſine cauſa, ſecluſo ſcandalo, quod de quocumque legiſlatore etiam dicendum eſt?* Ex p.7.tr.10. ex reſ.13. *Quæ hic eſt* in tom.4. tr.7.de Elee- moſyna reſ.27.

*An ſtando in opinione, quod requirantur tres Epiſcopi de jure Divino in conſecratione Epiſcopi poſſit in caſu ne- ceſſitatis ſuper hoc Papa diſpenſare? Et exemplis de- monſtratur Pontifices ſæpius ſuper numero Epiſcopo- rum in conſecratione Epiſcopi diſpenſaſſe. Et an Pon- tifex, ſi concedat abſque juſta cauſa Epiſcopo, ut poſſit conſecrari abſque aliis Epiſcopis, ſit non ſo- lum illicita ſed invalida? Idem eſt dicendum de com- miſſione facta ſimplice Sacerdoti; ut conferat Sacra- mentum Confirmationis. Et obſervatur, quod quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter ſacros Ordines, ſcilicet ante B.Gregorium, nullus Subdiaconus poterat ad Epiſcopatum promoveri abſque Papæ diſpen- ſatione, ſed nunc jam poteſt. Et infertur, quod conſecra- tio Epiſcopi facta ab uno tantum Epiſcopo abſque diſ- penſatione Pontificis eſt invalida. Et an ſi quis ex diſ- penſatione ordinaretur in die Dominica Sacerdos, poſſit in eadem die conſecrarj Epiſcopus? Et notatur, quod diſpenſatio habita à Papa in pluralitate Eccleſiarum abſque juſta cauſa, neque valida eſt, neque licita. Et an ſit illicita multiplicatio beneficiorum in eadem per- ſona, &c. Et an ſit illicita facultas teſtandi ſine cauſa? Et docetur, quod Epiſcopus non poteſt Epiſcopatum deſerere, neque ad alium ſe transferre ſine diſpenſatione Pontificis, neque ad Religionem tranſire.* Ex part. 12. tract.1. ex reſ.30. 31.32.53.59.65.72.& 96. *Quæ hic ſunt eadem* in tom. 4. tract.8. de Conſecratione Epiſ- copi.

*An ſi periculum imminet infamiæ, ſeu ſcandali excommu- nicatus occultus in electione, vel collatione beneficij non teneatur ſuam excommunicationem prodere, ſed poſſit ſine ullo ſcrupulo acceptare beneficium, & poſtea quam pri- mum occultè petere diſpenſationem?* Ex part.4. tract.4. ex reſ. 56. *Quæ nunc invenitur* in tom. 5. tract.1. de Excommunicatione reſ. 171.

*An percutiens Clericum in Sacris, cum quo fuit diſpenſa- tum à Pontifice, ut poſſit contrahere matrimonium, ante- quam illud contrahat, an, inquam, illum percutiens in- cidat in cenſuram? Ex quo infertur, an profeſſus, vel Sacerdos ſecularis, cum quibus diſpenſatum eſt, ad nuptias teneantur ad Officium Divinum recitandum?* Ex p.9.tr.4. reſ.40. *Quæ hic reperietur* in tom.5. tr.2. de Percuſſione Clerici reſ.36.

*An ſi quis ordinatur ante legitimam ætatem bona fide, & poſtea adveniente malâ fide celebrat ſine diſpenſatione incurrat irregularitatem? Et an talis Ordinatus poſtquam pervenit ad legitimam ætatem, poſſit ſine ulla diſpenſa- tione celebrare, vel exercere actum Ordinis ſuſcepti? Et an ſuſpenſus, quia ſuſcepit Ordines ſacros extra tempora, ante legitimam ætatem, vel ſine dimiſſoriis, &c. diſpenſari poſſit ab Epiſcopo, vel à Superiore Regulari? Idem eſt dicendum de irregularitate ob id contracta. Et an in aliquo caſu poſſit Epiſcopus diſpenſare, ut quis or- dinetur ſine patrimonio? Et an ordinatus v.g. ſine titulo poſſit aſcendere ad Superiores Ordines ſine diſpenſatio- ne? Et an cum promoto per ſaltum poſſit Epiſcopus diſ- penſare, ut prætermiſſum Ordinem ſuſcipiat, & ut in ordine malè ſuſcepto miniſtret, & ad Superiores aſcen- dat? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare etiam poſt admi- niſtrationem in malè ſuſcepto Ordine, ſi adminiſtratio fuit ex ignorantia? Et an qui miniſtrat in Ordinibus malè ſuſceptis per ſaltum, indigeat Apoſtolica diſpenſatione, vel ſufficiat Epiſcopalis? Et an hoc procedat non ſolum in majoribus, ſed etiam in minoribus Ordinibus?* Ex p.3. tract.4. ex reſ.181. alias 182. & in part.5. tract. 10. ex reſ.34. 31. 50.27. & 29. *Quæ hic ſunt* in tom. 5. tract.3. de Suſpenſione reſolut.41. 43. 44. 49. 58. & 60.

*An irregularis poſſit initiari prima Tonſura ſine prævia di- ſpenſatione? Et an in irregularitate contracta à ſolis Cle- ricis, ſi non Sacerdotes confeſſiones audiant, &c. ut aſcẽn- dant ad ſuperiores Ordines ſolus Papa diſpenſare poſſit? Et in ſuſceptis? ut miniſtret, ãn proprius Epiſcopus di- ſpenſare poſſit? Et quid, ſi delictũ occultum ſit, an Epiſco- pus diſpenſare poſſit ad ulteriores Ordines? Et an per Bullam Cruciatæ quoad utrumque effectum hæc irregu- laritas tolli poſſit? Et an in irregularitate exercendi Or- dinem, quem non habet, poſſit Epiſcopus diſpenſare, ut utatur Ordine ſuſcepto? Et quid, ut aſcendat ad ulteriores ordines, ſi delictum eſt occultum, an Epiſco- pus poſſit diſpenſare poſt Concilium Tridentinum? Et an Sacerdos publicus concubinarius, vel adulter poſſit ſine diſpenſatione celebrare poſt peractam pœnitentiam, & emendationem publicam vitæ; quia ex infamia facti non oritur irregularitas? Et an expoſitus ſit irregularis propter periculum illegitimitatis, itaut egeat diſpenſa- tione, ut ordinari poſſit; Et an Clericus, qui lapſus eſt in hæreſim, poſſit poſt pœnitentiam, & abjurationem exer- cere ſuſceptos Ordines, dummodo obtineat diſpenſatio- nem ſaltem ab Epiſcopo; Et an prohibitum ſit Inquiſitori*

generali, ut non poſſit cum Sacerdotibus hæreticis pœnitentibus diſpenſare, ut Miſſam celebrent? Et Carnifex ſuper patibulum exiſtimabat jam reum eſſe mortuum, & expiraſſe; ſed unus ex aſtantibus dixit, vivit; unde ipſe denuo pedibus collum calcavit, & reus mortuus eſt; quæſierunt, an in tali caſu ille irregularitatem incurrerit, & an per Epiſcopum ſit diſpenſabilis? Et an Conſiliarij Principum, ut v.g. Regentes, & Præſidentes, Magiſtratus, Rationales, &c. ſint irregulares, itaut ordinari non poſſint ſine prævia diſpenſatione? Et quidam mandavit Petro, ut occideret Caium, non præcogitando aliquid de morte Petri; accidit verò, quod Caius occidit Petrum, quæritur, an mandatarius incurrerit irregularitatem, ita ut non poſſit amplius miniſtrare Ordines ſuſceptos; & in ſupradicto caſu an poſſit Epiſcopus diſpenſare virtute Concilij Tridentini. ſeſſ.24. c.6. reſ.88. Ex p.4. tract.2. ex reſolut.77.91. & 93. & in p.2. tract.15. reſol. 22. & in part.4. tract.2. reſol. 48. & in part.8. tract.7. ex reſ.61. & in part.4. tract. 2. ex reſ.98. & in part. 2. tr.15. ex reſ.17. *Quæ nunc invenientur* in tom.5 tract. 5. de Irregularitate reſol.12. 22. 26. 39.41.50.80.90. & 113.

*An irregularitas contracta ex homicidio facto in defenſionem ſui culpabilem non ſit moraliter indiſpenſabilis, ſed comprehendi poſſit in Decreto Concilij Tridentini* ſeſſ.24.c.6. *Et quidam vir Nobilis occidit Titium cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, ſed poterat fugiendo vitam ſervare; modo pœnitentia ductus vult Sacros Ordines ſuſcipere; quæritur, an propter illud homicidium incurrerit irregularitatem, ita ut egeat diſpenſatione? Et quid eſt dicendum, quando præceſſerit culpa ex parte ejus, qui fugere cogitur, ut ſi ille dedit alteri alapam, vel injurioſum verbum dixit, vel cum uxore inventus eſt, aut pallium tollere eſt aggreſſus, &c? Et quidam irregularis, cui jam diſpenſatum fuit, ut Sacros Ordines ſuſciperet, quæſivit, an ſine alia diſpenſatione poſſit beneficia accipere, vel retinere ſine nova collatione, ſeu revalidatione collationis factæ? Et quid eſt dicendum de penſionibus? Et difficultas eſt, an opinio negativa procedat non ſolum quoad beneficia Curata, ſed etiam quoad beneficia ſimplicia? Et explanatur, quod ſi Pontifex diſpenſet cum illegitimo ad beneficium, non poteſt niſi unum obtinere; & ſi unum obtinuit, non poteſt ſecundum obtinere etiam ſi relinquat primum. Et an illegitimus, ſi ſaltem ſit prima Tonſura initiatus, poſſit ſine diſpenſatione penſionem obtinere? Et an illegitimus, cui diſpenſatum eſt à Papa, ut poſsit obtinere beneficium Curatum, ſi poſtea efficiatur Religioſus, non poſſit ſine nova diſpenſatione fieri Prælatus Regularis? Et docetur, cui diſpenſatum eſt, ut beneficium ſimplex obtineat, non cenſeri diſpenſatum ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis. Et an ad incurrendam irregularitatem bigamiæ requiratur in copula ſeminis virilis emiſsio intra vas fœmineum, vel ſufficiat copula abſque ſeminatione; & in tali caſu, an quis poſsit promoveri ad Sacros Ordines, ſi res ſit occulta, ſine aliqua diſpenſatione? Et an, quando tempore Ordinis Epiſcopi ferunt excommunicationem contra furtim, &c. Ordinationi ſe ingerentes, dicta irregularitas regulariter ſit Papæ reſervata, ita ut Epiſcopus in ea diſpenſare non poſsit? Et an, ſi abſciſsio integri membri ſit occulta, poſsit Epiſcopus diſpenſare? Idem eſt, ſi abſciſsio caſu contigerit ex propria culpa, dummodo occulta ſit culpa, tametſi abſciſsio ſit notoria. Et an Eunuchus, qui occulte, ſed ſponte ſe facit caſtrari, ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis pro irregularitate, ut ad Sacros Ordines promoveatur?* Ex part.4. tract.2. reſolut.3. & 37. & in p.2. tract.15. ex reſolut.16. & in p.7. tract.10. ex reſ.6. & in par.4. tract.2. ex reſ.42. & 55. & in p.10. tract.13. ex reſ. 28. & 11. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tract.5. de irregularitate reſolut.127. 140. 128. 143. 152. 15. 68. & 67.

*An Epiſcopi poſsint hodie diſpenſare in irregularitate contracta ex abortu? Et an Prælati Regulares poſsint diſpenſare in irregularitate ſuorum ſubditorum contracta ex abortu animato? Et quid, ſi homicidium eſt occultum apud ſæculares, & manifeſtum inter Fratres; an poſſint in illo adhuc Prælati Regulares diſpenſare? Et an Prælatus poſſit committere uni Confeſſario ſubdito hanc diſpenſationem? Et an Prælati poſſint habilitare ad Officia ſuos Religioſos, etiam pro foro externo? Et an Religioſus indigeat diſpenſatione ſuper excommunicationem, & irregularitatem, ſi in Viſitatione, aut Capitulo fuerit diſpenſatus ab irregularitatibus, prout fieri ſolet in Viſitatione à Prælatis, etiam non cogitantibus diſpenſationem hujus irregularitatis, & etiam ſi Religioſus crediderit ſe non indigere dicta Prælatorum diſpenſatione pro illo tunc?* Ex part. 7. tr.5. ex reſ.21. 22. & 23. & in part. 4. tract.2. ex reſol.87. *Quæ hic ſunt* in tom.5. tract.6. de Abortu reſ.9. 11.12. & 10.

*An ſi quis cum Pontifice ſciente committeret Symoniam incideret in pœnas, ſi Papa expreſſè non diſpenſaret? Et an pro diſpenſationibus matrimonialibus poſſit delegatus ſumere aliquid ratione laboris? Et an Bulla Gregorij XIII. de Datis & Promiſſis in Romana Curia ſub nomine gratiarum includantur diſpenſationes?* Ex part.10. tract.16. ex reſ.16. alias 15. & in part.5. tract.13. ex reſol.71. & in p.6. tract.7. ex reſ.14. *Quæ nunc invenientur* in tom.5. tract. 7. de Symonia & de Datis & Promiſsis reſ.1.46. & 47.

*An Inquiſitores poſſint ſe ad invicem ſuper irregularitate diſpenſare? Et an hoc privilegium, Commiſſariis Inquiſitorum competat? Et an Inquiſitores poſſint diſpenſare ſuper irregularitate contracta ab Hæreticis?* Ex p.4. tract.2. ex reſol.102. & in tract.8. ex reſol.85. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tract.10. de Inquiſitoribus reſolut. 69. & 136.

*An hodie Inquiſitores in depoſitione Crucis ſignatæ, vulgo dictæ* S. Benito, *minimè diſpenſare poſſint, ſed hoc ad Supremum Inquiſitorem ſpectare?* Ex p.4. tr.7. ex reſ.37. *Quæ hic eſt* in tom.5. tr.12. de Pœnis S. Inquiſitionis reſ. etiam 37.

*Aſſeritur expoſitos pro legitimis eſſe habendos ad omnes Ordines, & beneficia, neque ulla Pontificis, aut Epiſcopi diſpenſatione indigere.* Ex p.10. tr.16. ex reſ.96. *Quæ nunc invenietur* in tom.6. tr.1. de Legibus reſ.32.

*An qui vovit non ludere ſub pœna, ut non poſſit diſpenſari niſi à Summo Pontifice, poſsit adhuc ab Epiſcopo abſolvi?* Ex p.7. tr.9. ex reſ.59. *Sed eam, & alias diverſas reſolutiones circa votum, & juramentum non ludendi, & circa illorum commutationem, & relaxationem invenies* in tom.6. tr.4. de Ludo reſ.69. 70. & à reſ.63. uſque ad reſ.69.

*An in dubio, ſi fidei commiſſum expiret, poſsit ultimus vocatus de bonis libere diſponere, & diſpenſare?* Ex p.4. tract.3. ex reſ.73. *Quæ hic reperietur* in tom.8. tr.2. de Conſcientia dubia reſ.16.

*Quidam erat obſtrictus vinculo voti Religionis, ſed cum haberet ſororem in gravi neceſsitate conſtitutam, quæſivit, an ex hac cauſa potuerit differre Religionis ingreſſum abſque diſpenſatione alia? Et in tali caſu, an poſsit Epiſcopus diſpenſare, quia non in ſubſtantia voti, ſed in ſola dilatione diſpenſat? Et an votum Caſtitatis, vel non nubendi à proclivi in venerem valeat; & in tali caſu an poſsit Epiſcopus diſpenſare, quia tale votum alternativum eſt? Et quid, ſi votum non obliget præcisè ad materiam reſervatam ex voventis electione, ſed quia pars disjunctionis non reſervatæ eſt impoſsibilis? poteſt ne in tali caſu Epiſcopus diſpenſare? Et aliqua alia ſatis practicabilia circa voti diſpenſationem explanantur. Et an juramentum Caſtitatis, Religionis, peregrinationis Jeroſolymitanæ, &c. poſsint ab Epiſcopo diſpenſari?* Ex p.6. tr.7. ex reſ. 54. & in p.4. tr.4. ex reſ.102. & in p.3. tr.5. ex reſ.25. & in p.10. tr.14. ex reſ.19. alias 17. *Quæ hic ſunt* in tom. 8. tr.4. de Voto, & Juramento reſ.33.37.78. & 79.

*An Beneficiarius, ſi propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium reſignare debeat, vel diſpenſationem*

tionem ſuper irregularitatem obtinere? Ex part.6. tr.4. ex reſ.34. *Quæ nunc invenietur* in tom.7. tr.7. de Bello reſol. 59.

*An impubes, ſi ſit doli capax cum diſpenſatione Principis poſſit ad pias cauſas teſtari?* Ex part.7. tract.6. ex reſ.7. *Quæ hic reperietur* in tom.6. tr.8. de Teſtamentis reſ. etiam 7.

*An Superior Religioſus, qui dat aliis licentiam, ut exerceant munus executionis alicujus Teſtamenti, poſſit ad hoc ſecum diſpenſare? Et an executor Teſtamentarij poſſit cum diſpenſatione Epiſcopi recedere à voluntate teſtatoris?* Ex part.8. tract.5. ex reſ.10. & 63. *Quæ hic ſunt* in tom.6. tr.9. de Executoribus teſtamentorum reſol.12. & 65.

*An Summus Pontifex non poſſit diſpenſare, ſi non adſit neceſſitas publica, & bonum commune, cum reſidentia Epiſcopi ſit alias de jure divino, ut Reges poſſint detinere Epiſcopos pro Gubernatione alicujus Regni, vel Conſilij?* Ex part.3. tr.1. ex reſ.5. *Quæ nunc invenietur* in tom. 9. tract. 2. de Immunitate Eccleſiaſtica reſolut. 27.

*An Cardinales in ſuis titulis poſſint diſpenſare in voto?* Ex part.5. tract.2. ex reſ.58. *Quæ hic reperietur* in tom.9. tract.7. de Cardinalibus reſ. 38.

*An poteſtas diſpenſandi in irregularitate ex occulta hæreſi proveniente adempta ſit Epiſcopis per Bullam Cœnæ?* Ex part.4. tract.4. ex reſ.239. *Quæ hic eſt* in tom.5. tr.8. de Hereſi reſ. 16.

*Nota, quod* in tom.7. tract.1. de Regularibus, *ſunt quam plurimæ difficultates, in quibus poſſunt privati Regulares, & illorum Prælati diſpenſare cum ſubditis, etiam Novitiis, & Monialibus, atque etiam cum ſæcularibus, quas ibidem invenies* in reſ.9. 17. 98. 199. 203. 246. 247. 260. 263. 264. 267. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 300. 301. 328. 329. 330. & 342.

## TRACTATUS III.

De Poteſtate Epiſcoporum quoad diſpenſandum, & abſolvendum vigore *Cap. VI. ſeſſ. XXIV.* Concilij Tridentini de Reformatione, & aliæ diverſæ difficultates, & Reſolutiones ad ipſosmet Epiſcopos ſpecialiter pertinentes; etiam quoad proviſiones per concurſum ad Beneficia, Canonicatus, Dignitates, &c. faciendas per Epiſcopos, Pontifices, & Reges, & pro admiſſione reſignationis beneficiorum, & impoſitione penſionis ſuper ea, etiam in hoc Tractatu diſcutiuntur. pag.296.

*Prologus. Satis ampla poteſtas.* Ex p.7. tr.2. ibid.

1. *AN Epiſcopus electus, & confirmatus, quamvis conſecratus poſſit uti hoc privilegio? Et quid eſt dicendum, ſi Epiſcopus tantum ſit electus, & non confirmatus? Et an hæc facultas non competat Epiſcopis carentibus Diœceſi, & Epiſcopis titularibus?* Ex part. 7. tract. 2. reſ. etiam 1. ibid.

2. *An Epiſcopi, ubi non eſt receptum Concilium Tridentinum, poſſint uti facultate hujus Decreti? Et quid, ubi circa aliquam ſpecialem legem, vel onus non eſt receptum?* Ex part. 7. tract. 2. reſ. etiam 2. p. 297.

3. *An Epiſcopi, ubi Concilium Tridentinum non eſt uſu receptum, poſſint uti privilegio eis conceſſo per dictum Concilium* ſeſſ. 24. c.6. *de reformat. Et quid circa hoc declaravit Sacra Congregatio? Et notatur in Gallia Epiſcopos uti facultate diſpenſandi per Canonem* liceat Concilij Tridentini, *abſque ullo ad Summum Pontificem recurſu.* Ex part.6. tract. 8. & Miſc. 3. reſol.27. ibid.

4. *An Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione habeat poteſtatem diſpenſandi in caſibus Papalibus, quos poteſt abſolvere, & diſpenſare Epiſcopus ratione alicujus impedimenti? Et quid de Regularibus, vel de privilegio Cruciatæ?* Ex part. 9.tr.6. & Miſc. 1.reſol. 55. alias 56. pag. 298.

5. *An Abbates, & alij Prælati habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem includantur ſub nomine Epiſcopi in Decreto Concilij Tridentini,* ſeſſ. 24. c.6. *de reformat. quoad diſpenſandum, & abſolvendum? Et an Eminentiſſimi Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum comprehendantur ſub nomine Epiſcopi in hoc Decreto?* Ex part. 7. tract. 2. reſ.4. pag.299.

6. *An Abbates, & alij Prælati inferiores habentes juriſdictionem Ordinariam, etiam nullius Diœceſis, gaudeant facultate abſolvendi, & diſpenſandi ex Concilio Tridentino* ſeſſ.24. c.6. *Et an Capitulum, Sede vacante, habeat facultatem diſpenſandi, & abſolvendi conceſſam Epiſcopis? Et docetur ſupradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularibus circa ſuos ſubditos.* Ex part. 4. tract. 4. & Miſc. reſolut. 211. p. 300.

7. *An Epiſcopus ex licentia Superiorum poſſit uti facultate hujus Decreti cum Regularibus exemptis? Et quid dicendum eſt, ſi facultas abſolvendi, aut diſpenſandi, quæ non eſt in immediato Religionis Prælato, eſſet in Provinciali, aut alio Superiore Religionis, an tunc Epiſcopus abſolvere non poſſit de conſenſu Superioris immediati, niſi accederit etiam conſenſus Provincialis, aut Superioris? Et ſi Prælatus Religionis, abſolutione aut diſpenſatione indigeat, an poſſit Epiſcopo ſe ſubjicere, ſicut poteſt ſuos ſubditos?* Ex p.7. tr.2. reſ.6. ibid.

8. *An Archiepiſcopus, dum actu viſitat, habeat poteſtatem conceſſam in hoc Decreto? Et an extra tempus viſitationis poſſit uti dicta facultate diſpenſandi, & abſolvendi circa ſuos Epiſcopos ſuffraganeos? Et an extra tempus viſitationis poſſit Archiepiſcopus uti hac facultate cum ſubditis ſuffraganeorum, ſi malitioſè Suffraganeus differat abſolutionem, vel ſi ſubditus appellavit ad Metropolitanum?* Ex part. 7. tract.2. reſolut. 7. pag.301.

9. *An Epiſcopus extra ſuam Diœceſim poſſit uti hac facultate Concilij?* Ex part. 7. tract. 2. reſolut. 8. ibid.

10. *An Epiſcopus poſſit uti hac facultate Tridentini cum ſuis ſubditis exiſtentibus extra Diœceſim? Et an poſſit Epiſcopus, ſive exiſtens in propria Diœceſi, ſive extra illam diſpenſare ſuper irregularitate ſubditorum, ſive extra Diœceſim, ſive intra exiſtentium? Et an ſit neceſſaria ſacramentalis confeſſio ad gaudendum tali facultate?* Ex p.7. tr.2. reſ.9. pag.302.

11. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in ſuſpenſionibus, & irregularitatibus virtute Concilij Tridentini,* ſeſſ.24.c.6. *tantum in foro conſcientiæ, & intra Diœceſim? Et an dicta facultas poſſit exerceri ab Epiſcopo erga ſuos ſubditos in abſentia; & ſive Epiſcopus, ſive ſubditi ſint extra Diœceſim?* Ex part.4. tr.4. & Miſc. reſol. 116. ibid.

12. An Epiſcopi vigore dicti decreti Concilij poſſint abſolvere extra Confeſſionem ſacramentalem, & diſpenſare in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario? Et an Epiſcopus poſſit uti prædicta facultate, ut ſi tam ipſe, quam ſubditi ſint extra Diœceſim? Et an dicta diſpenſatio valeat pro foro exteriori? Ex p.7. tr.2. reſ.10. p.303.

13. Quinam includantur nomine ſubditorum in dicto decreto Concilij? Et inter alia docetur Legatum habentem facultatem diſpenſandi ab irregularitatibus in Provincia ſibi ſubjecta non poſſe diſpenſare cum Scholaribus, & alienigenis intra illam ad tempus degentibus, ſed cum perpetuo manſuris? Et an Epiſcopi poſſint uti prædicta facultate Concilij quoad diſpenſandum cum forenſibus, ſeu non habentibus firmum domicilium, videlicet cum Scholaribus, mercatoribus, Medicis, Prætoribus, &c. in votis irregularitatibus, & ſuſpenſionibus Papalibus? Ex p.7. tr.2. reſol.11. ibid.

14. An Epiſcopus poſſit facultatem diſpenſandi ſibi tributam à Concilio aliis delegare? Et an poſſit Epiſcopus etiam alium delegare ad diſpenſandum, etiam extra Diœceſim? Et an Epiſcopus ſolum per ſe ipſum poſſit diſpenſare ſuper irregularitate occulta orta ex hæreſi, ſicut per ſe ipſum ſolum poteſt ab eadem hæreſi abſolvere juxta Tridentinum? Ex p.7. tr.2. reſ.12. p.304.

15. An etiam poſſit Epiſcopus facultatem abſolvendi ex dicto decreto aliis ſubdelegare? Et quid de abſolutione ab hæreſi & ab aliis excommunicationibus Papalibus, & caſibus reſervatis? Et an Epiſcopus poſſit committere Confeſſario Monaſtrij, ut Monialem abſolvat ab hæreſi externa ſimul? Ex part.7. tract.2. reſ.13. p.305.

16. An Epiſcopus poſſit committere Confeſſario Monaſterij, ut Monialem abſolvat ab hæreſi externa? Ex p.4. tr.4. & Miſc. reſ.89. p.306.

17. An Epiſcopus, ſi incidat in aliquod delictorum de quibus agitur in dicto decreto Concilij, poſſit ab alio diſpenſari, vel abſolvi cum poteſtate ab ipſo delegata? Et an Prælati Religionum poſſint committere Confeſſario ab illis electo, ut cum illo diſpenſet in omnibus, in quibus ipſi poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis? Et docetur Confeſſarium Papæ ex communi, & veriori ſententia non à jure divino, ſed ab ipſomet Papa habere juriſdictionem ad illum abſolvendum. Ex p.7. tract.2. reſ.14. ibid.

18. An Epiſcopus habens poteſtatem diſpenſandi cum aliis poſſit ſecum diſpenſare? Et quid de abſolutione excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, &c. & de diſpenſatione ſuper irregularitate, vel qualibet alia inhabilitate? Ex part. 10. tract.14. & Miſcel.4. reſol.66. alias 64. ibid.

19. Quinam dicantur caſus occulti, in quibus Epiſcopus vigore Concilij valeat diſpenſare? Et an poſſit Epiſcopus diſpenſare, quando delictum non eſt publicum, vel notorium, quamvis ſit notum tribus, vel quatuor, nec de illo ſit fama in majori parte viciniæ, vel collegij? Ex part.7. tr.2. reſ.15. p. 307.

20. An Epiſcopus vigore Concilij Tridentini ſeſſ.24. c.6. de reformat. poſſit diſpenſare in delictis notoriis, dummodò non ſint deducta ad forum contentioſum? Et explanatur, quando delictum dicatur notorium, & quando occultum. Ex part.11. tr.8. & Miſc.7. reſ.68. p.308.

21. An delictum publicum in uno loco, & occultum, in quo non ſit ſpes, ut publicetur, poſſit Epiſcopus vigore Concilij Tridentini diſpenſare? Et an poſſit Epiſcopus diſpenſare in irregularitate proveniente ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio eſt occulta, quamvis manifeſta ſit celebratio? Ex part. 7. tract. 2. reſolut. 16. ibid.

22. Quandonam delictum dicatur deductum ad forum contentioſum, ut Epiſcopus non poſſit uti facultate Concilij? Et an ſi delictum ſit deductum ad forum contentioſum, non poſſit Epiſcopus abſolvere, neque diſpenſare etiam alibi, ubi omninò ignoratur? Ex part. 7. tract.2. reſolut. 17. p. 309.

23. An ſi reus à delicto deducto ad forum contentioſum fuerit liberatus, poſſit cum illo Epiſcopus uti facultate Concilij, etiam ſi reus mediis depravatis obtinuerit abſolutionem? Et quid eſt dicendum, ſi accuſator per annum tacuerit? Et notatur, quod ſi poſt obtentam ab Epiſcopo abſolutionem, & diſpenſationem, exiſtente crimine occulto, idem crimen deindè detegatur, & ad forum contentioſum deducatur, diſpenſatio facta non ſolum proderit in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo admittenda eſt. Ex p.7. tract 2. reſ.18. p. 310.

24. An ſi delictum fuerit deductum ad forum contentioſum, & probatum, poſt judicium finitum, & delictum punitum poſſit Epiſcopus adhuc uti facultate Concilij; Et ſi reus non fuit abſolutus difinitivè defectu probationum, ſed eductus è carcere cum onere ſe præſentandi toties, quoties; an tunc Epiſcopus non poſſit uti facultate hujus decreti? Ex part.7. tract.2. reſ.19. pag.311.

25. An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate, ſi delictum fuit deductum ad forum contentioſum, & jam finito judicio punitum? Et quæritur, quando vero dicatur delictum deductum ad forum contentioſum, ut Epiſcopus non poſſit diſpenſare? Ex part.4. tract.2. reſ.97. ibid.

26. An Epiſcopus vigore Concilij Tridentini ſeſſ.24. c.6. de Reformat. poſſit diſpenſare cum reo, qui accuſatus in ſuo Tribunali tranſegit cum Fiſco, vel cum parte? Et deducitur, quod poſt ſententiam condemnatoriam, finito judicio, & reo punito abſque dubio Epiſcopus poteſt diſpenſare, niſi reus ſit infamis. Et quid, ſi reus fuerit abſolutus etiam falſis probationibus? Et advertitur, quod etiam ſi judicium non fuerit per ſententiam definitivam, aut interlocutoriam finitum, & determinatum, ſed intermiſſum, & derelictum, eo quod accuſator per annum tacuerit, poteſt Epiſcopus diſpenſare. Idem eſt, ſi ſaltem per aliquod tempus conſtiterit actorem in probatione non progredi. Ex p.10. tr.12. & Miſc.2. reſ.33. ibid.

27. An Epiſcopi poſſint abſolvere à caſibus occultis vigore decreti Concilij reſervatis Papæ poſt dictum Concilium per novas Conſtitutiones? Ex part.7. tract.2. reſolut.20. p.312.

28. An ſi quis ex aliquo juſto impedimento non poſſit Romam perſonaliter adire pro abſolutione à Summo Pontifice obtinenda, teneatur per Epiſtolam recurrere ad Pœnitentiariam, vel poſſit ab Epiſcopo abſolvi? Et an ſi impedimentum non ſit futurum perpetuum, Epiſcopus debeat abſolvere ad reincidentiam? Et in textu hujus reſolutionis explanantur cauſæ, pro quibus impeditus adire Pontificem poſſit abſolvi ab Epiſcopo à cenſuris, ſuſpenſionibus, &c. Ex part.7. tract.10. & Miſc.1. reſ.23. p.313.

29. An Epiſcopus vigore dicti decreti poſſit abſolvere ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli contra Bullam Clementis VIII. Ex part.7. tract.2. reſol. 21. ibid.

30. An Epiſcopus vigore hujus decreti poſſit abſolvere à cenſura occulta contracta ex Bulla Pij V. & Gregorij XIII. ob ingreſſum Monaſterij Monialium? Et an Epiſcopus vigore Concilij poſſit abſolvere à ſuſpenſione, quam incurrunt Religioſi admittentes fœminas intra clauſtra, ſi ſit occulta; quod idem dicendum eſt de Prælatis Regularium? Et an fas ſit Epiſcopis, vel Prælato Regulari abſolvere Monialem ſibi ſubditam, quæ è ſuo Monaſterio ad malum finem egreſſa eſt, dummodò delictum ſit occultum? Ex p.7. tr.2. reſ.22. pag.414.

31. An ingredientes ſepta Monaſterij Monialium, & cum Sacra Virgine inceſtum committentes, ſi caſus ſit occultus, poſſint ab Epiſcopo abſolutionem excommunicationis obtinere? Et an poſſint ſupradictam abſolutionem obtinere, à quocumque Confeſſario vigore Bullæ Cruciatæ? Ex p.2. tr.16. & Miſc.2. reſ.33. alias 35. ibid.

32. Quidam Hæreticus externus, ſed occultus impetravit in foro conſcientiæ abſolutionem ab hæreſi Romæ à quodam Pœnitentiario

nitentiario Summi Pontificis; modo vult Sacros Ordines ſuſcipere; quæritur primo, an propter illam hæreſim incurrerit irregularitatem? Secundò an poſſit ſuper illam Epiſcopus diſpenſare vigore Concilij Tridentini ſ.24.c.6. Et notatur, quod non ſunt irregulares, & inhabiles ad Officia, qui de hæreſi ſuſpecti coguntur per Inquiſitores abjurare de vehementi. Ex part. 2. tract. 15. & Miſc.1. reſ.24. ibid.

33. An Epiſcopus vigore hujus decreti poſſit diſpenſare in irregularitate occulta hæreſis? Et an non ſolum poſſit Epiſcopus diſpenſare quantum ad uſum Ordinum jam ſuſceptorum, ſed ut etiam ad novos Ordines recipiendos poſſit habiles reddere quoſcumque Hæreticos occultos ad Fidem reverſos, & ab excommunicatione Summo Pontifici reſervata jam abſolutos? Ex part.7. tract.2. reſol.25. p.315.

34. An dato & non conceſſo, quod judex propter ſententiam ſanguinis, morte etiam non ſequuta, incurrat irregularitatem poſſit obtinere diſpenſationem ab Epiſcopo? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario omninò occulto? Et docetur quod per homicidium omninò occultum, & quod nulla ratione probari poſſit in judicio, neque in notitiam hominis devenire, niſi ex confeſſione ipſius occiſoris, nulla incurritur irregularitas. Et quæritur, an ignorantia invincibilis excuſet ab irregularitate proveniente ex homicidio voluntario? Et an homicidium factum ex repentina rixa, inducat irregularitatem diſpenſabilem ab Epiſcopo? Ex quo ſequitur, an ſi aliquis committeret homicidium in Eccleſia ex aliqua rixa repentina, gaudeat ejus Immunitate? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitatibus deductis ad forum contentioſum poſt finitum judicium, reum punitum, & pœnitentia peracta? Ex part.12. tract.3.& Miſcel. reſol.6. p.316.

35. An irregularitas contracta ex defectu lenitatis ſit diſpenſabilis ab Epiſcopo, vel Prælato Regularium? Et an Commiſſarius Cruciatæ poſſit in prædicta irregularitate diſpenſare? Ex p.4.tr.2. reſ.69.p.318.

36. An Epiſcopus Vigore Concilij Tridentini poſſit diſpenſare in irregularitate contracta à Miniſtris Juſtitiæ ex defectu lenitatis? Et notatur poſſe Prælatos Regulares diſpenſare in irregularitate contracta ex defectu lenitatis circa ſuos ſubditos. Ex p.7. tr.2. reſ.26. p.319.

37. Quidam miniſter juſtitiæ ex timore cujuſdam Magnatis non impedivit homicidium ab illo perpetratum, quare quæſivit à me, an ſuper irregularitatem contractam poſſet diſpenſationem obtinere ab Epiſcopo vigore Concilij Trid. ſeſſ.24.c.6. Ex quo curſim inferuntur alij diverſi caſus videlicet pro Medico, Rege, Gubernatore, ſubditis, cuſtodibus viarum, Domino, Patre, marito, tutore, curatore, pedagogo, Advocato, Procuratore, & teſte, & pro quolibet ipſorum eſt difficultas in textu hujus reſ. an incurrerint irregularitatem pro homicidio, vel mutilatione ſequuta ex eorum omiſſione, negligentia, & incuria. Ex part.10. tr.11. reſ.20. ibid.

38. An irregularitas orta ex homicidio juſto ſit per Epiſcopum diſpenſabilis? Et an Prælati Regulares poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis ſuper irregularitate proveniente ex bello juſto? Ex p.4.tr.2.reſ.70. p.320.

39. An Epiſcopus poſſit diſpenſare vigore hujus decreti in irregularitate contracta ex homicidio in bello juſto? Et docetur Prælatos Regulares, qui habent privilegium diſpenſandi, excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario, poſſe etiam diſpenſare in irregularitate orta ex homicidio in bello juſto; & ex alia ex defectu lenitatis incurſa à miniſtris juſtitiæ. Ex.p.7. tr.2. reſ.27. p.321.

40. An irregularitas contracta ex mutilatione alicujus membri ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis; & quid de Prælatis Regularium? Et an qui alium excæcat, ſed occultum foras non eruit, non ſit mutilator, neque irregularis; neque qui fœtum, antequam animetur, occidit? Ex part.4. tract. 2. reſ.71. ibid.

41. An Epiſcopus vigore hujus decreti poſſit diſpenſare in irregularitate orta ex mutilatione alicujus membri? Et notatur mutilantem membrum inimici jam mortui non incurrere irregularitatem; cum membrum mortui non dicatur, nec ſit ſimpliciter membrum, ut potè carens anima, & vita. Ex p 7. tr.2. reſ.28. ibid.

42. An Epiſcopus poſſit vigore Concilij diſpenſare in irregularitate contracta ex exceſſu in ſui defenſione? Et advertitur, quod qui ob extremam, & omninò inevitabilem vitæ ſuæ defenſionem alium occidit, nullam incurrit irregularitatem, & ideò neque Epiſcopi diſpenſatione eget. Ex p.7. tr.2. reſ.29. p.322.

43. An Epiſcopus ex hoc decreto poſſit diſpenſare in irregularitate occulta mandantis, ſi mandatarius exceſſit mandatum, itaut mors ſequuta ſit? Et an ſi quis percutiat prægnantem in utero ſine intentione cauſandi abortum, etiam ſi poſtea iſte ex hujuſmodi percuſſione ſequatur, non ſit homicida voluntarius, undè poſſit ab Epiſcopo in irregularitate diſpenſari? Et an ſi quis mandans homicidium in perſona unius, ſi committatur in perſona alterius non incurrat irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideò poſſit Epiſcopus diſpenſare? Ex part.7. tr.2. reſ.30. ibid.

44. An vigore hujus decreti Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate contracta ex homicidio caſuali, quando eſt publicum; & non ſolum ad minores Ordines, ſed etiam ad majores, & ſimplex beneficium, & etiam ad beneficium Curæ? Ex p.7. tr.2. reſ.31. ibid.

45. Frequens hic caſus accidit. In rixa ſubdita & inopinata contingenti quis occidit alium; quæritur, an hoc homicidium non dicatur voluntarium ſimpliciter, ſed caſuale, itaut occidens poſſit impetrare diſpenſationem ab Epiſcopo, qui poteſt vigore Concilij Tridentini ſeſſ.24. c.6. diſpenſare ſuper irregularitatibus occultis contractis ex homicidio caſuali? Ex part.2. tract. 15. & Miſcel.1. reſolut. 19. p. 323.

46. An qui in rixa inopinata, & non inito conſilio occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio caſuali, ut poſſit ab Epiſcopo diſpenſationem obtinere vigore Concilij Tridentini ſeſſ.24.c.6. Et advertitur irregularitatem contractam ex exceſſu vitæ, honoris, vel bonorum temporalium, non eſſe nuncupatam irregularitatem ex homicidio voluntario, ſed caſuali, etiam ſi exceſſus fiat ex propoſito, & calore rixæ, & pugnæ; imò etiam, ſi quis jam fugientem ſequatur, & occidat; ideò iſte talis poſſit diſpenſari ab Epiſcopo ſuper irregularitate? Et an Epiſcopus poſſit cum homicida caſuali, etiam notorio diſpenſare ad Ordines minores, & ad beneficium ſimplex? Et an cum hujuſmodi homicida Epiſcopus poſſit diſpenſare ad retinendum beneficium Curatum antea obtentum? Ex p. 10. tr.11. & Miſc.1. reſ.19. ibid.

47. An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario ex repentina rixa orto? Ex p.7. tr.2. reſ.32. p.324.

48. Quid ſit homicidium voluntarium, & caſuale, ex quibus irregularitas incurratur? Et doctrina hujus reſolutionis eſt valdè notanda, & menti tenenda, quia deſerviet ad explicationem multorum caſuum, quando irregularitas ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis, necne, & ex illa Confeſſarij; & Conſultores caſuum conſcientiæ habent principia ſatis ampla ad extricandos multos caſus circa diſpenſationem irregularitatum occurrentes. Et notatur, quod eſt magna differentia inter Epiſcopos, & Prælatos Regulares quoad poteſtatem diſpenſandi, circa irregularitatem homicidij caſualis. Nam Epiſcopi poſſunt diſpenſare illam, quando homicidium eſt occultum; Prælati vero Regulares etiam, quando homicidium caſuale eſt publicum. Ex p.4. tr.2. reſ. 72. ibid.

49. An Epiſcopus poſſit diſpenſare, ut homicida voluntarius minoribus Ordinibus ſuſceptis utatur; imò & Sacris, juſta interveniente cauſa? Et advertitur, quod Concilium Tridentinum non privat ipſo jure Clericum homicidam volun-

tarium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tarium beneficiis antea acquiſitis. Et notatur certum eſſe Epiſcopum etiam poſt Concilium Tridentinum poſſe diſpenſare ad Sacros Ordines, & ad quodcumque beneficium cum Clerico, qui commiſit homicidium caſuale, ſi ſit occultum. Imò, ſi homicidium caſuale ſit publicum, poteſt diſpenſare ad minores Ordines tantum, & ad beneficium ſimplex. Et pro praxi quod ſit homicidium caſuale, adducuntur alij diverſi caſus in §. ultimo hujus reſolutionis.* Ex p.9.tr.7.& Miſc.2.reſ.22. p.325.

50. *An in aliquo caſu Epiſcopus poſſit diſpenſare cum irregulari ex homicidio occulto, ut miniſtret in Ordinibus ſuſceptis? Et notatur, an Epiſcopus poſſit etiam poſt Concilium Tridentinum diſpenſare cum homicida voluntario ad uſum ſaltem minorum Ordinum, & ad beneficium ſimplex? Et aſſeritur poſſe Epiſcopum in irregularitatem incurſam ex bello diſpenſare cum Clericis conſtitutis in Sacris ne mendicare cogantur, & ad beneficium obtinendum.* Ex p.4.tr.2.reſ.100. p.326.

51. *An irregularitas, quam nemo ſcit, niſi ipſe homicida, ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis, ut miniſtrare poſſit in Ordinibus ſuſceptis, licet non poſſit ad Superiores aſcendere?* Ex p. 6. tr. 6. & Miſc.1. ex reſ.51. §. Secundum dubium, ibidem.

52. *An Epiſcopus in aliquo caſu poſſit diſpenſare cum homicida voluntario ad ſuſcipiendos Sacros Ordines? Ex quo infertur, quod urgente neceſſitate ſeu ſcandalo, & non ſit facilis recurſus ad Summum Pontificem, poteſt Epiſcopus diſpenſare cum homicida voluntario, occulto tamen, ut miniſtret in ſuſceptis Ordinibus Sacris. Etiamque deducitur, dum hæc tria occurrunt in matrimonio celebrato cum occulto impedimento dirimente, ſcilicet difficilis recurſus ad Summum Pontificem; ſcandalum ſi fiat ſeparatio; & periculum incontinentiæ poſſe Epiſcopum diſpenſare in hoc matrimonio.* Ex part. 9. tract.8. & Miſc. 3. reſolut. 52. ibidem.

53. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum homicida occulto voluntario quoad ſimplex beneficium retinendum?* Ex p. 7.tr.2.reſ.33.pag. 327.

54. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum homicida occulto voluntario quoad retentionem beneficij curati? Idem eſt dicendum de Canonico homicida occulto, ut poſſit intereſſe Choro, & gaudere fructibus Canonicatus.* Ex p.7.tract.2. reſol. 34. p. 328.

55. *An irregularitas orta ex bigamia propria, & interpretativa ſit aliquando diſpenſabilis ab Epiſcopo, etiam ad Sacros Ordines? Idem eſt dicendum de Prælatis Regularium quoad ſuos ſubditos. Et inter alios caſus, qui pro praxi ſupradictæ quæſtionis adducuntur, tandem quæritur, an Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate occulta, quam contraxit Subdiaconus ducens viduam?* Ex p. 4. tr.2. reſ.61. ibid.

56. *An Epiſcopus ex hoc Decreto poſſit diſpenſare in irregularitate bigamiæ interpretativæ, ſi ſit occulta, non ſolum quoad minores Ordines, ſed quoad majores? Et an in vera bigamia poſſit Epiſcopus diſpenſare ad minores Ordines, & ad beneficium ſimplex?* Ex p.7.tr.2.reſ.35. ibidem.

57. *An aliquando irregularitas orta ex bigamia vera, & interpretativa ſit diſpenſabilis ab Epiſcopo? Et pro praxi hujus quæſtionis adducitur ſingularis, & ſpecialis caſus. Et an Prælati Regulares in vera bigamia poſſint cum ſuis ſubditis abſolvere, ante, & poſt ſuſceptionem Ordinum diſpenſare?* Ex part.7. tract.11. & Miſcell.2. reſol. 43. pag. 329.

58. *An ſaltem dicta irregularitas veræ bigamiæ ſit diſpenſabilis ab Epiſcopo quoad Ordines minores, & ſimplex beneficium? Et notatur poſſe Epiſcopum diſpenſare in bigamia ſimilitudinaria cum eo, qui contraxit cum virgine; ſecus ſi contraxit cum vidua, vel ſi ſimplex iniit matrimonium.* Ex part.4. tract.2. reſ.62.ibid.

59. *An qui contraxit bigamiam cum vidua, vel acceſſit ad propriam uxorem, poſtquam illa adulterium commiſit, poſſit petere diſpenſationem hujus irregularitatis ab Epiſcopo? Et quid, ſi res adulterij ſit occulta? Et ſupponitur eſſe irregularem ex bigamia interpretativa, ſi contrahas cum vidua, quæ prius matrimonium conſummaverat; & idem, ſi contrahas cum corrupta ab alio; & ſi acceſſeris ad propriam uxorem, poſteaquam adulterium commiſit, tametſi à principio virgo accepta fuerit. Et quid eſt dicendum, ſi vir ignorans conjugis adulterium, illam carnaliter bona fide cognovit? Idem eſt, ſi à principio exiſtimans ducere virginem duxeris corruptam. Et quid, ſi maritus cogatur per cenſuras reddere debitum? Et curſim quæritur, an Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate, quam contraxit Sacerdos, qui poſt mortem uxoris legitimæ exiſtens in Sacris tentat aliam uxorem accipere, & quam Subdiaconus contraxit ducens viduam? Et an laicus contrahat irregularitatem ineundo matrimonium cum duabus invalidè; vel cum una validè, & cum alia invalidè, vel invalidè cum vidua? Et breviter docetur poſſe Epiſcopum cum bigamis propriis diſpenſare ad minores Ordines, & ad beneficium ſimplex?* Ex p.10.tr.11. & Miſc.1.reſ.25.pag. 330.

60. *An Epiſcopus vigore hujus Decreti poſſit diſpenſare in inhabilitate contracta per Symoniam occultam? Et an Epiſcopus, ſi fuerit complex in Symonia, poſſit etiam ſecum diſpenſare? Et tandem docetur, quod non ſit ſtandum Deciſionibus Cardinalium, nec Deciſionibus Rotæ; neque Deciſiones, & Declarationes Rotæ habeant vim legis?* Ex p.7. tr.2 reſ.36.pag.331.

61. *An ſi quis habeat à ſuo Epiſcopo literas dimiſſorias pro Ordinibus recipiendis, poſſit abſolvi ab irregularitate occulta ab Epiſcopo, qui eum ordinare debet? Et an peccet Epiſcopus ſi alienum Subditum in ſua Diœceſi confirmet? Et quid eſt dicendum, quando Epiſcopus mittit ſubditum cum dimiſſoriis, ad ſuſcipiendos Ordines, & ſubditus non eſt confirmatus, an tunc poſſit illum confirmare?* Ex part. 7. tractatu 2. reſolut. 37. p. 332.

62. *An Epiſcopus, cui commiſſum fuit ab alieno Epiſcopo, vel Prælato Regulari ſubditum ordinandi, poſſit cum eo diſpenſare in irregularitate, aut quovis alio impedimento?* Ex part.8. tract.3.reſ. 35. ibid.

63. *Utrum illegitimus occultus poſſit diſpenſationem ſuper irregularitate obtinere ab Epiſcopo vigore Concilij Tridentini* ſeſſ.24. c.6. *ad recipiendos Sacros Ordines?* Ex part.2. tr.15.& Miſc.1.reſ.21. pag.333.

64. *An irregularitas occulta ex defectu natalium ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis quoad Sacros Ordines? Et notatur poſſe Epiſcopum cum illegitimis ex quocumque damnato coitu ad majores Ordines, & ad beneficium ſimplex diſpenſare? Et hoc etiam procedit ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum, & in dimidiis portionibus, & inferioribus beneficiis Eccleſiæ Cathedralis. Et an hanc Diſpenſationem poſſit etiam Capitulum, Sede vacante, impartire? Et quid, ſi aliquis bona fide ordinatus fuerit, & poſtea cognito natalium defectu, an Epiſcopus poſſit diſpenſare, ut in ſuſceptis miniſtret? Et quid etiam, ſi mala fide ordinatus fuerit?* Ex p.4.tr.2.reſ.64. ibid.

65. *An Epiſcopus vigore hujus Decreti poſſit diſpenſare in illegitimis natalibus occultis ad Ordines majores, & ad beneficia curata? Et quid, ſi aliquis bona fide ordinatus fuerit, & poſtea cognito natalium defectu, an Epiſcopus poſſit cum eo diſpenſare, ut in ſuſceptis miniſtret? Et quid etiam, ſi mala fide ſuſcepit Ordines?* Ex p.7. tr.2. reſ.24. p.334.

66. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate ex defectu natalium, ſi delictum ſit occultum? Et an cum illegitimo occulto quoad Sacros Ordines, Dignitates, & beneficia curata, ſolus Papa diſpenſare poſſit; ad minores verò Ordines, & beneficium ſimplex poſſit Epiſcopus diſpenſare, & hoc cum limitatione, quod tale beneficium ſimplex non fuerit poſſeſſum à Patre, & quod tale beneficium non requirat Sacrum Ordinem; & ideo cum tali illegitimo non poſſit diſpenſare ad Canonicatum Eccleſiæ*

Cathedralis,

*Cathedralis, cum habeat annexum Ordinem ſacrum; poterit tamen ad Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ? Et an poſſit Epiſcopus cum prædicto illegitimo diſpenſare ordinato in Sacris, bona fide, ut in ſuſceptis Ordinibus miniſtret? Et quid, ſi mala fide ſacros Ordines ſuſcepit? Et hoc totum dicendum eſt etiam de Capitulo Sede vacante. Et notatur, quod tales illegitimi, cauſa gravi urgente, poſſint promoveri ad ſacros Ordines, etiam ſine ulla diſpenſatione, ſi hæc peti, & obtineri nequeat ſine propria infamia, & Parentum. Et tandem docetur expoſitos non eſſe irregulares quoad Ordinem, & Religionem.* Ex p.10. tract.11. & Miſcell.1. reſol. 24. ibidem.

67. *An Epiſcopi poſſint concedere Bullas cum facultate abſolvendi à caſibus ſibi reſervatis, & diſpenſare, & commutare in eis, quæ ipſi jure ſuo Ordinario poſſint?* Ex p.4. tr.4. & Miſc. reſ.60. p.336.

68. *An ad Epiſcopatum ſit præferendus Theologus Canoniſtæ?* Ex part.7. tract. 12. & Miſc. 3. reſolut. 1. & ad pedem litteræ in eodem tract. reſ. 34. Sed una tantum Reſol. tranſcribitur, ibid.

69. *An profeſſio fidei poſſit fieri per Procuratorem Epiſcopi? Et de fructuum reſtitutione in hoc caſu etiam agitur. Et notatur, quod omittens infra terminum duorum menſium profeſſionem fidei amittit fructus; non tenetur tamen illos reſtituere, donec condemnetur; ſeu ſequatur ſententia declaratoria. Et an non peccet mortaliter ſi eam omitteret per ignorantiam ſeu inadvertentiam, neque tenetur fructus reſtituere in foro conſcientiæ, etiamſi in foro externo fuerit condemnatus? Et notatur, quod Epiſcopus non amittit fructus, ſi Procurator, cui mandatum eſt faciendi fidei profeſſionem, non fecit illam, ipſo neſciente abſque culpa.* Ex p.5. tr.14. & Miſc.2. reſ.23. p.337.

70. *An reſidentia Epiſcoporum ſit de jure divino, & quo pacto in illa poſſit Pontifex diſpenſare?* Ex p.10. tr. 14. & Miſc.4. reſol.68. aliàs 66. p. 338.

71. *An Epiſcopi ultra tempus præſcriptum à Concilio Tridentino, videlicet trium menſium, ſi abſunt à Diœceſi per octo, v.g. vel decem dies, peccent mortaliter? Et quæritur, an Epiſcopi abſque juſta cauſa poſſint à ſuis Eccleſiis dictis tribus menſibus abeſſe? Et in prædicto caſu, ſi ſine cauſa Epiſcopi abſunt etiam ſpatium trium menſium, vel minori tempore, teneantur fructus reſtituere pro rata temporis? Et an Epiſcopi non incurrant pœnas reſidentes propè Diœceſim in loco non diſtanti ultra unum milliare? Idem eſt dicendum in omnibus his de Parocho abſente ſupra tempus conceſſum, nempe ultra duos menſes à ſua Parochia.* Ex p.10. tr.14. & Miſc.4. reſ. 69. aliàs 67. ibid.

72. *An Epiſcopi ſine aliqua cauſa poſſint abeſſe per trimeſtre ab eorum Diœceſibus, ſtante Concilio Tridentino,* ſeſſ.23.c.1. Ex p.5.tr.13. & Miſc.1.reſ.90.p.340.

73. *An Epiſcopus abſens à reſidentia licitè poſſit continuare trimeſtrem unius anni cum trimeſtre alterius anni? Et notatur Epiſcopum peccare mortaliter non reſidendo abſque cauſa etiam in tribus menſibus, de quibus loquitur Concilium non tamen tenetur reſtituere fructus.* Ex p. 9. tr.6. & Miſc.1. reſ.22. ibid.

74. *An Epiſcopus, qui propter bona temporalia, vel ambitum alium pinguiorem Epiſcopatum procurat, peccet mortaliter?* Ex p.4. tr.4. & Miſc. reſ.100. ibid.

75. *Utrum Epiſcopi, & alij ratione majores doctrinæ, aut Nobilitatis poſſint plus ex redditibus Eccleſiaſticis in ſua ſuſtentatione inſumere? Et quid, ſi filius Regis Epiſcopus fiat?* Ex p.2.tr.16. & Miſc.2.reſ.24. aliàs 26. p.341.

76. *Utrum Archiepiſcopus factus Epiſcopus poſſit uti pallio? Et docetur Archiepiſcopum extra ſuam Diœceſim non poſſe uti pallio, etiam de licentia Ordinarij illius Diœceſis, in qua reperitur. Et an ſi quis ſemel habuit pallium unius Archiepiſcopatus, ſi ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indigeat novo pallio, & primum non ſufficiat? Et an Archiepiſcopus ad alium Archiepiſcopatum tranſlatus non poſſit uti pallio priori, ſed alio novo indigeat? Et quid, ſi detur eventus, in quo aliquis Archiepiſcopus ſuum perdat pallium, vel caſu igne comburatur, an aliud debeat petere à Summo Pontifice?* Ex part. 3. tract. 6. & Miſc. 2. reſ.37. ibid.

77. *Utrum Epiſcopus exiſtens in alterius Diœceſi licitè poſſit celebrare Miſſam in Pontificalibus, ſeu cum baculo, & Mithra abſque licentia ejus Ordinarij? Idem eſt dicendum de locis exemptis intra propriam Diœceſim. Et explanatur, quæ ſint ſigna, & ornamenta Pontificalia.* Ex part. 3. tract.6. & Miſc.2. reſolut. 36. p.342.

78. *An actualis degradatio debeat fieri à proprio Epiſcopo, vel poſſit alteri Epiſcopo committi? Et an prædicta degradatio neceſſario fieri debeat ab Epiſcopo conſecrato, & non ſufficiat, quod Epiſcopus ſit tantum electus, & confirmatus?* Ex p.10.tr.11. & Miſc.1. reſ.50.p.343.

79. *An Epiſcopus præter caſus in jure expreſſos propter aliud delictum enorme, & qualificatum poſſit Clericum degradare, & tradere brachio ſæculari ad puniendum? Et quodnam cenſeatur delictum enorme? Et docetur homicidium qualificatum Prælati, vel Sacerdotis, fratris, Patris; Item aſſaſſinum, furtum, ſacrilegium, deperdationem omnium bonorum, & ſimilia; & generaliter omnia delicta, ob quæ pœna mortis jure civili ſtatuta eſt, ſi pluries repetita fuerint, enormitatem continere.* Ex p.10. tr. 11. & Miſc.1. reſ.52. ibid.

80. *An Epiſcopus conſecrando Chriſma, vel oleum, ſeu conferendo Ordines Minores in peccato mortali, peccet mortaliter? Et advertitur Epiſcopum conſecrantem Eccleſiam in peccato mortali non peccare mortaliter. Idem dicendum eſt, ſi Virgines, Veſtes, Calices, & ſimilia conſecret in mortali. Et an prima tonſura, & quatuor minores Ordines ſint Sacramentum?* Ex p.3.tr.6. & Miſc.2. reſ.67.p.345.

81. *An Epiſcopus conſecrans Chriſma, & benedicens oleum ad infirmos in ſtatu peccati mortalis, peccet mortaliter? Et quid dicendum conſecrans Aram, Calicem, Eccleſiam, &c. in peccato mortali, an etiam peccet mortaliter?* Ex p.5.tr.13. & Miſc.1.reſ.73. ibid.

82. *An ſi Epiſcopus omittat aliquam cæremoniam appoſitam in Pontificali pro benedictione Chriſmatis, dicatur, hoc non obſtante, Chriſma benedictum?* Ex p.6. tr.8. & Miſc.3. reſ.21. p.346.

83. *An Epiſcopus poſſit erigere Collegiatam cum novis Canonicis; vel addere novum numerum Canonicorum aliis antiquis? Et in tali caſu, an poſſit Epiſcopus inſignire ſupradictos Canonicos ſigno illo, quod vulgo dicitur* Almutica, *ſeu* Capuccio, *vel* Zambarda, *ſine aliqua Sedis Apoſtolicæ licentia?* Ex p.3.tr.6. & Miſc.2.reſ.38. ibid.

84. *An Epiſcopus poſſit præbere licentiam legendi libros, qui prohibiti ſunt, donec corrigantur, non obſtante Bulla Gregorij XV. & Vrbani VIII. Idem eſt de Inquiſitoribus. Et notatur libros non omnino prohibitos, ſed cum clauſula donec expurgentur, poſſe retineri, donec opportune eorum correctio, aut expunctio ſit indulta. Et advertitur libros de hæreſi ſuſpectos, ſive propter ſuſpicionem hæreſis prohibitos, niſi ſuſpicionem eluerint non licere legere ſub peccato mortali; ſuſpicionem autem hæreſis incurrunt libri, qui continent propoſitiones hæreſim ſapientes, maleſonantes, temerarias, vel ſcandaloſas, ex quibus error naſci, aut inferri poſſit. Et an quis teneatur denunciare S.Officio ſi ſciat, v. g. Titium legere, & retinere libros non ob hæreſim, ſeu ex ejus ſuſpicione prohibitos, ſed ob aliam cauſam, ut ſunt relationes Antonij Perez, & alij ſimiles? Et advertitur retinentes libros prohibitos contra bonos mores, & continentes res laſcivas non eſſe denunciandos. Et an legens alios libros prohibitos, ſeu ſuſpenſos ex alia cauſa, quam hæreſis, aut ejuſdem ſuſpicionis incurrant excommunicationem, aut aliam pœnam? Et tandem docetur, quod obſervantia, & conſuetudo ſubſequens declarat verba legis, Statuti, &c.* Ex p. 11. tract.8. & Miſc.8. reſ.62. pag.347.

85. *An Epiſcopus poſſit viſitare Regularem, ut Parochum,*

# Index Tractatuum,

vel Vicarium in Eccleſia ſui Monaſterij inſervientem; aut in Eccleſiis aliis Parochialibus exemptis Vicarium agentem? Ex p.11. tr.2. & Miſc.2.reſ.14. p.348.

86. *An Illuſtriſſimus Epiſcopus Laudenſis poſſit examinare, & viſitare Parochum Eccleſiæ oppidi ſeu loci Hoſpitalerii Ordinis S. Hieronymi de Lombardia ad ornatum Concilij Tridentini* ſeſſ.25. c.11. de reformat. Ex p. 10. tr.16. & Miſc.6. reſ.27. alias 26. p.350.

87. *An Epiſcopus poſſit cogere, ut populus in diebus Dominicis, aut ſolemnioribus Feſtis ad propriam Parochiam conveniat? Et an ſi Epiſcopus ferat excommunicationem in eos, qui non audiunt Sacrum in Parochia dictis feſtivis & Dominicis excommunicatio ſit nulla? Et deducitur quod ſtante conſuetudine & privilegiis, non tenentur fideles audire Miſſam, & Concionem diebus Dominicis, & Feſtivis in Templis Parochialibus.* Ex part. 10. tr.13. & Miſc.3. reſ.25. p.352.

88. *An Epiſcopus poſſit transferre Feſtum alicujus Sancti? Et in textu hujus Reſolutionis alij caſus adducuntur pro praxi hujus difficultatis. Et infertur, quod inferior nullam habet poteſtatem circa id quod Superior determinavit. Et an quando Vigilia S. Mathiæ occurrit in Feriam tertiam poſt Dominicam Quinquageſimæ, poſſit Epiſcopus eam transferre in Sabbathum præcedens?* Ex p. 10. tr.16. & Miſc.6. reſ.7. p.353.

89. *An Epiſcopus ſine populi conſenſu poſſit inſtituere dies feſtos? Et quid, ſi in tali caſu fulminet Epiſcopus excommunicationis fulmen? Et ſi populus abſque juſta cauſa contradiceret, tunc, contradictione non obſtante, an ſit ſervandum Feſtum?* Ex p.4.tr.4.& Miſc.reſ.178.p.354.

90. *An Epiſcopus poſſit inſtituere diem Feſtum alicujus Beati nondum Canonizati? Et notatur, quod quando Pontifex concedit Sacerdotibus certæ Religionis, ut certo die dicant Miſſam de aliquo Sancto Beatificato, tunc non poſſunt facere Octavam, neque in illa dicere Officium & Miſſam de dicto Sancto Beatificato. Et quæritur, an liceat S. Beatificatum invocare in publicis Litaniis, vel pingere Imaginem viri Sancti nondum Beatificati cum radiis, & Diademate?* Ex p.3.tr.5.& Miſc.1. reſ.9.p.355.

91. *An Reliquiæ alicujus Sancti noviter inventæ debeant approbari ab Epiſcopo? Ex quo etiam oriuntur aliæ difficultates; & ideo quæritur primo, an Reliquiæ Sancti nondum Canonizati poſſint approbari ab Epiſcopo? Quæritur ſecundo, quænam certitudo requiratur in approbandis ſupradictis Reliquiis? Tertio, an vota Theologorum ſint in hoc caſu conſultiva tantum, itaut Epiſcopus poſſit decernere adverſus eorum placita? Quarto, an ſi oriatur aliqua gravis quæſtio, & ideo convocetur Concilium Provinciale, vota Epiſcoporum ſint deciſiva, & non conſultiva? Quinto, an Epiſcopus extra Diœceſim poſſit approbare Reliquias vigore Concilij Tridentini* ſeſſ. 25. de Reliquiis? Ex part.2. tr.15. & Miſc.1. reſ.51. ibid.

92. *An Epiſcopus teneatur conſtituere Vicarium Generalem? Et an poſſit Epiſcopus creare Vicarium ante apprehenſionem poſſeſſionis Epiſcopatus? Et an Vicarius habeat poteſtatem delegatam, vel ordinariam? Idem eſt dicendum de Vicario Capituli Sede vacante. Et an Epiſcopus ad expediendas cauſas poſſit conſtituere duos principales Vicarios, dummodo tamen ij ſint in loco, ubi ſedem habet? Ex quo fit, ut non poſſit creare duos Vicarios Generales in principalibus locis duarum Diœceſum æque principaliter unitarum.* Ex p.10.tr.15.& Miſc.5.reſ.31.p.356.

93. *An Vicarius poſſit ad libitum revocari ab Epiſcopo? Et ampliatur hoc in quolibet Vicario cujuſcumque Superioris? Et quid, ſi Epiſcopus juraſſet non revocare Vicarium? Et infertur poſſe Epiſcopum cauſam coram ejus Vicario pendentem ad ſe advocare, & prohibere illi, ne judicet in ea cauſa. Et quæritur an per Conſtitutionem ſecundi Vicarij cenſeatur primus tacitè revocatus? Et ſupponitur Epiſcopum poſſe conſtituere duos Vicarios Generales.* Ex p.10. tr.15. & Miſc.5.reſ.24.p.358.

94. *An Regularis illegitimus abſque alia diſpenſatione poſſit eligi in Vicarium Epiſcopi? Et an talis Regularis illegitimus non poſſit per privilegia Religionis diſpenſari, ut ſit Vicarius Epiſcopi; quia virtute illorum ſolum poteſt diſpenſari quoad Prælaturas in Religione, non ad Dignitates extra? Et an Monachus poſſit eligi in Vicarium Epiſcopi? Idem eſt de Vicario Capituli Sede vacante. Et docetur quoſlibet Religioſos, (exceptis Franciſcanis,) eſſe poſſe Vicarios Epiſcopi ex licentia ſuorum Prælatorum, & non eſſe obtinendam licentiam à Generali, vel Provinciali, ſed ſufficere licentiam Prælati immediati. Et quid eſt dicendum, quando Religioſus non eſſet exemptus à juriſdictione Epiſcopi, an tunc requiratur licentia Abbatis & Epiſcopi? Et quid ſi diſcordent? Et an ſi Monachus conſtituitur Vicarius Epiſcopi abſque licentia Superioris, teneant geſta, & acta per eum? Et an omnes Religioſi, (exceptis Minoribus,) poſſint eſſe judices Arbitri, judices Aſſeſſores, judices delegati Epiſcoporum, accedente tamen licentia Prælati, & Monaſterij utilitate?* Ex p.10. tract. 15. & Miſc.5. reſol.30. p.359.

95. *An Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato poſſit facere Concurſum ad beneficium? Et an Vicario in ſpiritualibus tantum conſtituto poſſit committi ab Epiſcopo poteſtas conferendi beneficia? Et quid, quando Vicarius conſtitutus eſt tantum in temporalibus?* Ex p. 10. tr 15. & Miſc.5.reſ.23. p.360.

96. *An ſit nullum examen, in quo intervenerunt Examinatores Synodales deſignati nomine Dignitatis, v. g. Prior S. Dominici, Lector talis Monaſterij, Canonicus Pœnitentiarius, &c. Et quid, ſi deſignatio fieret hoc pacto. Eligimus in Synodalem examinatorem Guardianum Capucinorum, & eum, qui pro tempore erit, &c. Et an examinatores Synodales poſſint ex conſuetudine aliquod ſtipendium intuitu ſui Officij accipere abſque Symonia tam accipientis, quam dantis? Et notatur Epiſcopum de ſuo poſſe dare aliquid examinatoribus?* Ex p.11.t.6.& Miſc.6.r.33.p.161.

97. *An ſi eo tempore, quo debet fieri proviſio per Concurſum, non adſint examinatores Synodales, de quibus loquitur Concil. Trid.* ſeſſ.24.c.18. *poſſit Epiſcopus deputare alios abſque Synodi celebratione? Et an beneficium ſic collatum poſſit ab alio impetrari? Et an exiſtentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non Doctores poſſint eligi in examinatores Synodales? Et quid, ſi quotannis Synodus non fiat, an examinatores ſemel deputati munus ſuum debent exercere, donec nova Synodus habeatur? Et an, ſi anno autem elapſo, aliqui ex eis mortui fuerint, Officium omnium expiret?* Ex p.3. tr.5.& Miſc.1. reſ.64.p.362.

98. *An Concurſus alicujus beneficij vitietur ex eo, quod cum examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij examinatores non Synodales?* Ex p.3.tr.5.& Miſc.1.reſ.65. p.363.

99. *An quando examinandi ob timorem examinatorum turbarentur, ſi verè ſint idonei, licitum ſit eis præmonere de punctis, de quibus erunt interrogandi? Et an hoc locum habeat tantum in examine Epiſcoporum, v.g. coram Pontifice, & in examine Confeſſariorum coram Epiſcopo, & in examine noſtrorum Scholaſticorum coram Præpoſito, & aliis Patribus, &c. ſecus autem in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppoſitionem & concurſum?* Ex p.5. tr.14. reſ.89. ibid.

100. *An examinatores Synodales teneantur indicare Epiſcopo digniorem, licet ipſe præcipiat ſolum, ut ei dicant qui, & quot ſunt digni, & idonei?* Ex p.3.tract.5. & Miſc.1. reſ.112. alias 111. p.364.

101. *An in Canonicatibus, Perſonalibus, Dignitatibus, & cæteris Præbendis, & dimidiis Præbendis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in Præſtimoniis, & aliis ſimplicibus beneficiis Curam animarum non habentibus, licitum ſit eligere dignum prætermiſſo digniori? Et quid, ſi ad Epiſcopatum, Cardinalatum, Decanatum, eligatur minus dignus?* Ex p.2.tr.15. & Miſc.1.reſ.38.ibid.

102. *An beneficia Eccleſiaſtica poſſint ex natura rei dari dignis, omiſſis dignioribus? Et docetur, quod doctrina hujus Reſolutionis procedit etiam quoad Dominos Proreges,*

reges, & quoad ſuprema Conſilia Regum, quando proponunt Regi nella nomina, ut vulgo dicitur, aliquem ad Epiſcopatum, &c. nam in tali caſu tenentur proponere digniores. Ex part. 11. tract. 4. & Miſc. 4. reſolut. 34. pag. 365.

103. An aliquando ſit licitum eligere indignum ad beneficia? Sed major difficultas eſt. An ſit licitum aliquando eligere in Parrochum, vel Epiſcopum hominem improbum, & pravis moribus notoriè indignum, & diffamatum Concubinarium, ſi aliàs non reperiatur alius idoneus ad miniſtranda Sacramenta? Ex part. 11. tract. 4. & Miſc. 4. reſ. 38. ibid.

104. Diximus ſupra in beneficiis ſimplicibus non teneri Electores eligere digniores, ſed tantum dignos; quæritur modo, an hæc ſententia procedat etiam in beneficiis Curatis, ut ſunt Epiſcopatus, &c. quæ conferunt Pontifices, & Reges? Et an doctrina ſupradictæ difficultatis non procedat, quando beneficia per concurſum competentium, & oppoſitorum conferuntur? Ex p. 2. tr. 13. & Miſc. 1. reſ. 40. p. 367.

105. An Summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere digniores? Ex part. 8. tract. 7. & Miſcell. reſ. 83. ibid.

106. An Proreges debeant ad Epiſcopatum nominare digniores, dignis poſtpoſitis, in Nomina, ut vulgo dicitur, quam mittunt ad Regem? Ex part. 9. tract. 7. & Miſc. 2. reſ. 7. p. 368.

107. Quænam ſint cauſæ excuſantes à peccato eligentes minus dignum, relicto digniori? Et an in concurſu beneficiorum, & Cathedrarum eligendo dignum, prætermiſſo digniori, teneantur ad reſtitutionem? Et notatur in dicto caſu minus dignum, etiamſi ſibi, & Electoribus notum ſit digniorem in electione eſſe prætermiſſum, poſſe hoc non obſtante, ſine peccato beneficium, & Cathedram acceptare? Et an minus dignus poſſit ſe offerre ad obtinendum beneficium, &c. Ex p. 3. tr. 5. & Miſc. 1. reſol. 111. aliàs 110. ibid.

108. An qui in concurſu, omiſſo digniori, elegit dignum, teneatur ad reſtitutionem? Idem eſt de electione ad Cathedram, & Canonicatum Eccleſiarum, ſi fiat per Concurſum. Ex part. 11. tract. 4. & Miſc. 4. reſolut. 35. pag. 369.

109. An præſentatus à Patrono laico ad Eccleſiam Parrochialem poſſit ab Epiſcopo examinari coram Examinatoribus non conſtitutis in Synodo? Et an in Parrochialibus Jurispatronatus requiratur examen per concurſum? Et quid, ſi Patronus laicus præſentet plures Clericos ad Parrochialem? Et quid, ſi Parrochialis eſſet Jurispatronatus miſti, partim Eccleſiæ, & partim laici? Et quid ſi pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Eccleſiaſticum? Ex p. 9. tr. 8. & Miſc. 3. reſol. 16. ibid.

110. Quidam Patronus, qui non erat fundator primus beneficij, quæſivit à me, an ſub peccato mortali deberet præſentare digniorem? Et docetur, quod Patronus laicus non tenetur præſentare digniorem etiam ad beneficia curata. Ex part. 2. tract. 15. & Miſcell. 1. reſolut. 37. pag. 371.

111. An Archiepiſcopus Panormitanus peccet confirmando præſentationem digni, omiſſo digniori, factam ab Illuſtriſſimo Senatu hujus Urbis in aliquam Parrochiam? Et an Senatus eligendo indignum mittat pro illa vice jus eligendi; Ex part. 4. tract. 4. & Miſcell. reſol. 170. ibidem.

112. An minor quatuordecim annorum poſſit præſentari ad beneficium Jurispatronatus? Et an ſufficiat annum 14. eſſe cœptum? Ex part. 3. tract. 6. & Miſc. 2. reſolut. 64. ibidem.

113. An ſi Teſtator dicat, ut Capellania conferatur Sacerdoti, conferri poſſit Clerico minorum Ordinum? Et an ſaltem pro una, vel altera vice poſſit Epiſcopus diſpenſare ſupradictam qualitatem? Ex part. 4. tr. 4. & Miſc. reſ. 227. pag. 372.

114. An obligatio eligendi digniorem extendatur etiam ad reſignantem beneficium ſuum, in favorem alterius? Et an Collator peccet acquieſcendo reſignationi minus digno, relicto digniori? Ex part. 2. tract. 15. & Miſc. 1. reſ. 41. ibidem.

115. An Epiſcopi poſt reſignationem alicujus beneficij factam in eorum manibus poſſint illud conferre ſuis, vel reſignantis familiaribus, affinibus, &c. Ubi etiam aliqua notabilia invenies circa intelligentiam Bullæ Pij V. de reſignatione beneficiorum: Et an ubi prædicta Bulla eſt uſu recepta, Patroni poſſint præſentare ad beneficia hæc reſignata conſanguineos reſignantis? Et an reſignanti liceat nominare ſucceſſorem, non deducendo in pactum, ut ipſi dentur, ſed ſignificando Collatori, ut ſi velit, det ipſi? Ex part. 5. tractat. 14. & Miſcell. 2. reſol. 26. ibidem.

116. An Epiſcopus ex juſta cauſa poſſit imponere penſiones ſuper beneficia pinguia ſuæ Diœceſis? Ex part. 9. tr. 9. & Miſc. 4. reſ. 50. aliàs 49. p. 373.

---

## Appendix ad hunc ſupradictum Tractatum tertium hujus *tom. 3. de Poteſtate Epiſcoporum, quoad diſpenſandum, & abſolvendum, &c.*

AN ſi invalidè fuiſſet collatus Ordo Epiſcopalis teneatur quis manifeſtare hunc defectum cum periculo vitæ & honoris? Et an ſit peccatum mortale miniſtrare Epiſcopo exercenti Ordines in peccato mortali? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare cum uxorato, qui poſt partum uxoris ſtatim ob periculum mortis baptizavit infantem, adſtantibus multis, qui hoc facere poſſent, ut petat, & reddat debitum? Et an Epiſcopus dubius de ſuo Baptiſmo teneatur iterum ſub conditione illum recipere? Et an Epiſcopus non poſſit diſpenſare in numero aſſignato in Concilio Tridentino pro Patrino in Sacramento Baptiſmi? Ex part. 5. tract. 13. ex reſolut. 55. & in tract. 7. ex reſolut. 4. & in part. 3. tractat. 4. ex reſolut. 3. & in part. 10. tractatu 16. ex reſolutione 20. & 30. aliàs 19. & 29. *Quæ nunc invenientur* in tomo primo, tract. 1. de Baptiſmo, reſ. 9. 18. 103. 79. & 96.

*An Religioſus Epiſcopus poſſit eſſe Patrinus in Sacramento Baptiſmi, & Confirmationis?* Ex parte tertia, tractatu quarto, ex reſolutione vigeſima prima. *Quæ hic reperietur* in tom. 1. tract. 2. de Sacramento Confirmationis reſ. 21,

*Nota, quod in prædicto* tract. 2. de Sacramento confirmationis tom. 1. *ſunt multæ difficultates pro Epiſcopis, ut Miniſtris prædicti Sacramenti Confirmationis; ideo ſi caſus ita miſtus occurrerit, require illum ibi, ubi facillimè invenies; quia præcitatus tractatus eſt brevis.*

*An jam Parrochos poſſint examinare Epiſcopi aliquoties?* Ex p. 4. tract 4. reſ. 59. *Quæ hic eſt* in tom. 1. tr. 3. de Pœnitentia reſ. 15.

*Adverte, quod in prædicto* tom. 1. & tract. 3. de Sacramento Pœnitentiæ, *ſunt etiam aliæ quæſtiones miſtæ pro licentia Epiſcopi ad audiendas confeſſiones quas ibidem reperies* à reſ. 2. uſque ad reſ. 15. incluſivè, & in reſ. 20. 23. 26. 27. 31. & 39.

*An Confeſſarius abſolvens à caſibus Epiſcopo reſervatis ſine prætextu alicujus privilegij incidat in excommunicationem, & alias pœnas Clem. VIII. Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit poſſit abſolvi ab Epiſcopo vigore Concilij Tridentini* ſeſſion. 24. *de Reformation? Et in Tabellà caſuum reſervatorum Diœceſis Panormitanæ adeſt peccatum Sodomæ, quæ-*

ſitum ſæpè à me fuit, an pueri ante annos pubertatis includantur in tali reſervatione? Et illuſtriſſimus Cardinalis Archiepiſcopus reſervavit in hac Diœceſi aliquos caſus, ſed multis Regularium Superioribus dedit poteſtatem ab illis abſolvendi, interrogatus ſæpius fui, an dicti Superiores poſſint iſtam authoritatem concedere alicui particulari? Idem quæritur de Pœnitentiariis. Et an ſi Epiſcopus inciderit in caſum reſervatum Summo Pontifici, à quo ipſe alios poſſit abſolvere, poſſit etiam hanc poteſtatem ſubdelegare, ut valeat ab alio abſolvi? Et an mortuo Epiſcopo, caſus ab eo reſervati expirent? Et quid, ſi caſus reſervati ſint per Statutum, vel Synodum Diœceſanam, aut qui jure, vel conſuetudine ipſi Epiſcopo reſervantur? Et an ſi in mandatis Viſitationum Epiſcopi reſervent ſibi aliqua peccata cum Excommunicatione, ſive ſine illa expiret reſervatio, mortuo Epiſcopo? Et an alumni, qui vivunt in Collegiis Societatis Jeſu, vel aliorum Regularium exemptorum, ſubdantur caſibus Epiſcopalibus? Et an poſſit Epiſcopus abſolvere à caſibus reſervatis ex nova lege, & Conſtitutionibus poſt Concilium Tridentinum? Et quid circa hoc Sacra Cardinalium Congregatio declaravit? Ex p. 3. tr. 4. ex reſ. 73. & in p. 2. tr. 15. ex reſ. 1. & in tr. 17. ex reſ. 53. & in p. 3. tr. 4. ex reſ. 141. alias 142. & in p. 4. tr. 4. ex reſ. 108. & in p. 6. tr. 6. ex reſ. 41. & in p. 7. tr. 12. ex reſ. 14. & in p. 3. tr. 4. ex reſ. 73. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 5. de Reſervatis reſ. 23. 55. 66. 67. 68. 69. 54. & iterum 23.

*An poteſtas, vel facultas abſolvendi legitimè impeditos adire Papam pro abſolutione à jure Epiſcopis permiſſa, ſe extendat ad omnes culpas, & cenſuras Sedi Apoſtolicæ reſervatas, itaut nulla ſit excipienda; & quid in caſu hæreſis? Et notatur, quod Epiſcopus poteſt ſubditos impeditos ab excommunicatione Papali abſolvere, ſive occulta, ſive publica excommunicatio ſit, non audita confeſſione ſacramentali, & ſubditus ſic abſolutus à cenſura, poteſt deinde à quocumque Confeſſario abſolvi à culpa? & hoc ſive Epiſcopus intra Diœceſim, vel extra, ſive ſubditi ſint abſentes; ſive intra, ſive extra Diœceſim. Et an impeditus adire Romam pro abſolutione caſus Papalis, ſi ſit etiam impeditus adire Epiſcopum, poſſit à Parrocho, vel ab alio quolibet Confeſſario abſolvi? Et an impeditus adire Epiſcopum pro ſuis caſibus reſervatis, poſſit abſolvi à quocumque Confeſſario expoſito cum obligatione comparendi coram Epiſcopo, &c. Et an Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis poſſit abſolvere ab omnibus caſibus reſervatis ab Epiſcopo? Et an ubi graſſatur peſtis debeant Epiſcopi omnes ſuos caſus reſervatos, & omnem ſuam authoritatem concedere omnibus Confeſſariis approbatis, &c.* Ex p. 9. tr. 7. ex reſ. 9. 10. 11. & 12. & in tractat. 8. ex reſolut. 11. & 12. *Quæ hic ſunt* in tomo primo, tract. 5. de Reſervatis reſolut. 16. 17. 18. 12. 20. & 21.

*An privilegia à Pontifice conceſſa, ut abſolvamur à caſibus Epiſcopo reſervatis, intelligantur independenter ab ipſo Epiſcopo? Et advertitur poteſtatem Epiſcopis reſervandi peccata conceſſam eſſe illis à Summo Pontifice, & non à jure Divino. Et docetur, ut ſi Pontifex non poteſt penitus ab Epiſcopali Ordine poteſtatem reſervandi caſus tollere, poteſt tamen illam reſtringere, aut limitare tanquam Supremus Collator juriſdictionis, ideo, ſi Pontifex Epiſcoporum poteſtatem vellet reſtringere; & Epiſcopus vellet poteſtatem Parrochorum limitare, pluſquam par eſt, reſtricta, & limitata erit. Et ſupponitur poſſe Epiſcopos pro ſuo Epiſcopatu caſus reſervare. Et docetur, quod caſus reſervati in aliqua Diœceſi, ſi committantur in Monaſterio Regularium, poſſunt abſolvi à quocumque Confeſſario ab Ordinario approbato. Idem eſt de ſtatuto, vel ſententia lata ab Epiſcopo, quod non incurritur cenſura, ſi violatur in locis exemptis.* Ex part. 10. tract. 12. ex reſol. 18. & in tractat. 14. ex reſol. 9. alias 7. *Quæ hic reperiuntur* in tom. 1. tractat. 5. de Reſervatis reſolut. 22. & 51.

*An quando Pœnitentia impoſita à Dataria pro aliquo impedimento matrimonii dirimente impleri non poteſt, quæritur, an poſſit commutari ab Epiſcopo, & contrahentes virtute diſpenſationis matrimonium inire?* Ex part. 7. tract. 10. ex reſolut. 9. *Quæ nunc invenietur* in tom. 1. tractu ſexto de Satisfactione Sacramentali reſolutione quinquageſima octava.

*An Epiſcopus, ſi peccet mortaliter, teneatur hanc circunſtantiam Epiſcopatus in confeſſione explicare? Et quid, ſi fornicatio Epiſcopi admiſſa ita publica ſit, ut ſcandalum pareret? Et an concubitus viri Chriſtiani cum muliere infideli, Turca, vel hæretica ſit circunſtantia in confeſſione aperienda, maximè, ſi prædictus caſus ſit ab Epiſcopo reſervatus?* Ex part. 1. tract. 7. ex reſolut. 6. & in part. 10. tract. 11. ex reſolut. 12. & in part. 3. tract. 4. ex reſolution. 137. alias 138. *Quæ hic reperientur* in tomo primo, tractatu 7. de Circunſtantiis reſolut. 72. 74. & 126.

*Quidam Confeſſarius extra confeſſionem loquutus eſt cum pœnitente de peccatis confeſſis, qui eum apud Epiſcopum accuſavit, quæſivit tunc à me Antiſtes ille, an talis Confeſſarius tanquam fractor Sigilli confeſſionis puniendus eſſet?* Ex p. 5. tr. 11. ex reſol. 6. *Quæ hic eſt* in tom. 1. tr. 8. de Sigillo Confeſſionis reſ. 58.

*An Epiſcopi vigore Concilii Tridentini poſſint reducere Miſſas in fundatione appoſitas? Et an poſſint Epiſcopi Miſſas quæ poſt Concilium Tridentinum relictæ fuerint ad minorem ſummam redigere? Et an in prohibitione moderandi Miſſas facta Epiſcopis in Decreto de Celebratione Miſſarum comprehendantur etiam anniverſaria? Et an reductio Miſſarum ſit ab Epiſcopo facienda in Synodo? Et an quando ſtipendium Miſſæ fuerit ab Epiſcopo taxatum, ſi petens Miſſam non det ſtipendium integrum, & juſtum; an poterit Sacerdos ab uno, vel à diverſis tot parva hujuſmodi ſtipendia accipere, quæ juſtæ eleemoſynæ æquivaleant; & unam tantum pro omnibus illis Miſſam offerre? Et an Epiſcopus poſſit ordinare, quod Sacerdotes non dicant Miſſam pro minori ſtipendio à lege taxato? Et an cum Sacerdotes ordinantur, & cum Epiſcopo conſecrant, poſſit unuſquiſque applicare illud Sacrificium, cui voluerit? Et an Parrochus teneatur pro ſuis ovibus celebrare, & pro illis Miſſam applicare, & quoties ſi hoc non conſtet ex tabulis Eccleſiæ, vel ex præcepto Epiſcopi? Et an quia præceptum de jejunio ante celebrationem eſt juris communis, an inquam, poſſit Epiſcopus illud diſpenſare, & ut Sacerdos non jejunus celebret ad dandum Viaticum moribundo? Et an Epiſcopus poſſit compellere Capellanum, ut per ſeipſum celebret, ſi in fundatione poſitum ſit, quod Capellani celebrent?* Ex part. 2. tractat. 14 ex reſolutione prima & ſecunda, & in part. 6. tractat. 7. ex reſolut. 40. & in part. 2. tract. 14. ex reſolut. 3. & in part. 6. tractat. 6. ex reſolut. 10. & in part. 2. tract. 14. ex reſolut. 7. 13. & 26. & in par. 5. tractat. 14. ex reſolution. 112. & in tract. 3. reſolut. 35. & in parte ſecunda, tract. 14. ex reſolut. 18. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. tract. 1. de Celebratione Miſſarum reſol. 1. 2. 6. 3. 7. 18. 31. 56. 35. 132. & 66.

*An Miſſa incepta poſſit, ſuperveniente Epiſcopo aliquo, iterum inchoari? Et an hoc fieri poſſit dicto Evangelio, imo uſque ad oblationem excluſivè? Et an, quando Epiſcopus celebret Ordines ſit licitum incipere Miſſam poſt Veſperas, aut Nonam, ſi actus Ordinis ante meridiem ceptus eſt? Et an licitum ſit celebrare Miſſam in Altari, in quo Epiſcopus celebravit ea die abſque ejus licentia? Et an Canon, & præceptum circa hoc non ſit in uſu, & conſuetudine contraria ſit abrogatum? Et an ſit neceſſaria licentia Epiſcopi, ſi adſit, ut quis poſſit licitè celebrare ante auroram, & poſt meridiem pro dando Via-*

ticum

*ticum moribundo, &c Et curſim docetur, quod Epiſcopis licitè moderare Miſſas alicui Eccleſiæ ſive ante, ſive poſt Concilium Tridentinum relictas, nondum tamen ſive ob tenuitatem eleemoſynæ, ſive ob aliam cauſam ab eadem Eccleſia acceptatas?* Ex part. 10. tract. 12. ex reſ. 11. 22. 24. & 26. & in tract. 16. ex reſ. 65. *Quæ hic ſunt* in tom. 2. tract. 1. de Celebratione Miſſarum reſol. 95. 108. 89. 103. & 13.

*An Epiſcopus poſſit cogere Parochum, ut miniſtret neceſſaria Presbyteris volentibus celebrare in ſua Parochia? Et quando Epiſcopus celebrat, & deficit, ſi non adſit alius Epiſcopus, qui perficiat Sacrificium poſſit alius Sacerdos ſupplere ſimplici, & ordinario modo, quæ deſunt? Et quid, ſi adſit alius Epiſcopus, ſed non eſt jejunus, & eſt ſimplex Sacerdos jejunus tamen?* Ex p. 10. tr. 13. ex reſ. 53. & 54. *Quæ prima invenietur* in tom. 2. tr. 2. de Communione reſol. 101. ſecunda verò in prædicto tom. 2. tr. 1. reſ. 250.

*An neceſſitate Sacramenti, vel ſolum ex præcepto requiratur quod oleum Extremæ-Unctionis ſit benedictum ab Epiſcopo?* Ex p. 10. tract. 16. ex reſ. 81. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tr. 4. de Extrema-Unctione reſ. 1.

*An ſit ſemper neceſſaria profeſſio uxoris in Religione, ſive ſit juvenis, ut poſſit vir ad Epiſcopatum promoveri? Et quid, ſi ad Cardinalatum? Et an aliquis Epiſcopus poſſit Ordines, aliáque Pontificalia exercere in loco exempto ex licentia Ordinarij illius loci nulla ab Epiſcopo, in cujus Diœceſim ille locus exemptus eſt, requiſita licentia? Et quid eſt dicendum, ſi locus exemptus ad nullam Diœceſim pertineat?* Ex p. 4. tr. 4. ex reſ. 129. & in p. 9. tr. 8. ex reſ. 29. *Quæ hic ſunt* in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis reſ. 116. & 18.

*Nota, quod in prædicto* tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordi*nis, ſunt quamplurimæ difficultates pro Epiſcopis, ut Miniſtris prædicti Sacramenti, pro quibus invenies* 55. *Reſolutiones omnes conſequutivas à Reſ. 16. uſque ad reſ. 71. incluſivè, & aliquid in aliis Reſolutionibus pro occurrentibus in ſupradicta ordinatione, & etiam ſpecialiter ad ipſos Epiſcopos pertinens, & ad validitatem ordinationis, &c, ſignanter* in reſ. 4. 5. 7. 11. 12. 72. 75. 76. 77. 80. 86. 87. 88. 89. 90. 92. 94. 96. 97. 99. 100. 101. 105. 106. 108. 110. 112. & 114.

*An cum licentia Epiſcopi, & interveniente cauſa poſſit contrahi matrimonium ante legitimam ætatem? Et an ſaltem Vicarius Epiſcopi poſſit diſpenſare ne ex juſta cauſa denunciationes ad matrimonium efficiantur? Et an ſi Parochus ab Epiſcopo prohibitus ſit aſſiſtere matrimonio, aut licentiam conferre, ſi id efficiat, quamvis peccet, an validè tamen efficiat? Et an ſtatuere impedimenta matrimonij non ad Epiſcopum, ſed ad Papam ſpectet? Et an ſi uterque conjux ſcienter contraxerit cum impedimento dirimente, ſi ad Pontificem non pateat aditus, & acceſſus ex inopia, vel ex alia juſta cauſa impediente; an poſſit Epiſcopus in dicto impedimento diſpenſare? Et quid, ſi unus conjux poſt matrimonium contractum bona fide, ſciat adeſſe impedimentum matrimonium dirimens? Et an, quando uterque conjux ex communi conſenſu caſtitatem vovit, poſſit propter periculum incontinentiæ Epiſcopus diſpenſare, ut petant, & reddant debitum? Et an pertineat ad Epiſcopum deſpicere, utrum uxor extra periculum incontinentiæ exiſtat, ut vir poſſit Religionem ingredi? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in voto Caſtitatis emiſſo poſt contractum matrimonium ante conſummationem.* Ex p. 3. tr. 4. ex reſ. 275. 236. & 237. alias 276. 237. & 238. & in p. 5. tr. 9. ex reſ. 79. & in p. 4. tr. 4. ex reſ. 85. 48. 125. & 73. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. tr 6. de Matrimonio reſ. 55. 67. 68. 85. 95. 176. 219. & 222.

*An ſi Epiſcopus non ſolum interdicat Parocho, ne alicui matrimonio aſſiſtat, ſed etiam addat clauſulam irritantem tale matrimonium ipſo facto, ſi aliter factum fuerit; an hoc non obſtante, ſi matrimonio Parochus aſſiſtat, ſit validum tale matrimonium; ex quo infertur, an Epiſcopus poſſit prohibere Parocho, ne abſolvat ab aliquo peccato, & irritare ſecus factum? Et quid eſt dicendum, ſi Epiſcopus Sacerdoti poteſtatem habenti audiendi confeſſiones, præcipiat ne audiat confeſſiones fœminarum? an per illam ſimplicem prohibitionem, ſi confeſſiones fœminarum audiat, validæ ſint tales confeſſiones?* Ex part. 10. tract. 13. ex reſ. 23. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio reſ. 70.

*An Epiſcopi poſſint prohibere, ne matrimonia domi contrahantur.* Ex part. 3. tract. 4. ex reſolut. 278. alias 279. *Quæ hic eſt* in tomo ſecundo, tractat. 6. de Matrimonio reſol. 111.

*An ſi Epiſcopus moriatur poſtquam contulit Sacerdoti poteſtatem conſecrandi, antequam illi manus imponat, verè maneat integrè Ordinatus, & poſſit à peccatis abſolvere? Et an verò ex divina inſtitutione, vel ex ſolo præcepto Eccleſiæ oriatur, ut Epiſcopus non poſſit in ſua Diœceſi concedere facultatem ſimplici Sacerdoti ad miniſtrandum Sacramentum Confirmationis? Et an poſſit Pontifex indirectè efficere, ut nullus Epiſcopus Sacramentum Confirmationis conferat; ſed nequit facere ut illud non valeat, ſi conferat? Et quando Sacerdos excipit Epiſcopi confeſſionem, undè habeat juriſdictionem? Et an Epiſcopus ordinans in Epiſcopum infantem ante uſum rationis, validè illum ordinet? Et an Pontifex in conſecratione Epiſcopi poſſit diſpenſare, ut tantum adſit unus Epiſcopus? Et an ad valorem Ordinationis Epiſcopi requiratur, ut fiat à tribus Epiſcopis? Et an Pontifex ſolo verbo poſſit quem in Epiſcopum creare? Et an Papa poſſit tollere ab Epiſcopo facultatem validè Ordinandi? Et an Epiſcopus hæreticus, ſchiſmaticus, aut degradatus validè poſſit Ordines conferre? Et an Epiſcopus non poſſit non Epiſcopo committere poteſtatem conferendi Ordines, etiam minores, ſi quæ committat, nihil faciet? Et an Epiſcopus in caſu valde raro poſſit diſſolvere matrimonium ratum, & non conſummatum? Et explanatur, quod non poteſt Epiſcopus diſpenſare in aliquo eventu in profeſſione ſolemni Religioſorum? Et an Epiſcopus poſſit in ſua Diœceſi, quidquid Papæ licitum eſt in tota Eccleſia, niſi ab eo prohibeatur? Et an Epiſcopus poſſit delegare totam ſuam Juriſdictionem in foro Pœnitentiæ pro tota ſua Diœceſi, etiam repugnantibus Parochis, ut poteſt Papa, etiam repugnantibus Epiſcopis pro tota Eccleſia?* Ex p. 8. tr. 1. ex reſ. 4. 5. 7. 11. 85. 31. 32. 28. 41. 33. & 64. & in tract 3. reſ. 97. & iterum in tract. 1. reſol. 55. *Quæ nunc invenientur ſupra* in tom. 3. tract. 1. de Poteſtate Pontificis reſol. 12. 13. 15. 19. 38. 61. 62 63. 65. 68. 98. 95. & 35.

*An Epiſcopus poſſit reſervare peccata venialia? Et an poſſit reſervare peccata mortalia interna? Et an poſſit Pontifex tollere poteſtatem Epiſcopis circa Sacramentalia; & ideo poſſit Pontifex ab Epiſcopo tollere, & auferre poteſtatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines, ex eo, quod minores Ordines, & Subdiaconatus ſint ſolum Sacramentalia, & non Sacramenta? Et an ſicut jus integrum eſt Summo Pontifici in univerſa Eccleſia ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia, ita Epiſcopis in ſuis Diœceſibus?* Ex part. 8. tractat. 1. ex reſolut. 52. 53. 29. & 76. *Quæ hic ſunt ſupra* in tractatu 1. hujus tom. 3. de Poteſtate Pontificis reſ. 31. 32. 64. & 88.

*Nota quod ſupra in hoc ipſomet* tom. 3. tract. 2. de *Diſpenſationibus ſunt quamplurimæ difficultates, & diverſæ quæſtiones miſtæ pro diſpenſatione Epiſcoporum; ideo ſi ita caſus miſtus occurrerit, prope eſt tract. in hoc ipſomet tomo require illum ibi, & hic tibi non aſſignamus numeros Reſolutionum in quibus illum invenire poſſis, ut ita omnes quæſtiones præcitati tractatus legas, & non te pigebit.*

*An Epiſcopus poſſit reſervare excommunicationem minorem? Et notatur, quod Epiſcopus, qui conſecratur celebrat cum Epiſcopo conſecrante. Etiamque docetur*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nullum eſſe jus divinum prohibens matrimonium, vel uſum ejus Epiſcopis, atque adeo non eſſe in illis de jure divino continentiam perpetuam, tametſi ea ſit quid juri divino maximè conſentaneum. Et an Pontifex poſſit transferre Epiſcopum ex una Eccleſia ad aliam ob pinguiores redditus; & quonam jure ſit prohibita tranſlatio Epiſcopi ex una ad alteram Eccleſiam, an jure divino, an Eccleſiaſtico? Et cur Pontifex hoc matrimonium ſpirituale per Conſecrationem conſummatum magis diſſolvere poſſit, quam carnale conſummatum? Et in textu hujus Reſolutionis apponuntur cauſæ ad hoc faciendum. Et curſim infertur poſſe Epiſcopum cogere Parochum digniſſimum, ut ſe opponat Concurſui alicujus beneficij Curati, aut Canonicatus Magiſtralis. Ex Part. 8. tract. 1. ex reſ. 52.44. & 72. & in p. 11. tr. 4. ex reſ. 40. Quæ hic reperientur ſupra in hoc ipſomet tom. 3. in tr. 1. de Poteſtate Pontificis reſ. 31.48.77.& 100.

An quando Epiſcopus poſſit diſpenſare in caſibus Pontificiis, quando non eſt facilis recurſus ad Papam, poſſit prædictam facultatem delegare in ſupradictis caſibus? Et an Vicarius Epiſcopi poſſit eſſe non Doctor? Et an Vicarius Epiſcopi electi, & confirmati à Papa, nondum tamen conſecrati poſſit cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, & exequi diſpenſationes in matrimonij impedimentis, & literas in formam dignum, &c. Et an Capitulum, Sede vacante, non ſuccedat in proviſione beneficiorum ad Epiſcopum ſpectantia? Et alij diverſi caſus circa hoc in ſequentibus Reſolutionibus hic aſſignandis invenientur. Et an Epiſcopus ſuperveniens poſſit viſitare Capitulum, Sede vacante? Et an Epiſcopus ſuperveniens poſſit ſindicare vicarium cap. Sede vacante? Ex p. 8. tr. 4. ex reſ. 9. & 56. & in p. 5. tr. 14. ex reſ. 29. & in p. 8. tr. 4. ex reſ. 52.25.27.28.29.30.31.32.40.& 15. Quæ hic ſunt infra in tr. 5. de Capitulo Sede vacante reſ. 24. 65.77.47.50.52.53.54.55.56.57.58.& 81.

An ſit probabile, cum Epiſcopus ordinandis injungit aliquos Pſalmos, & Litanias recitare, nolle ſub gravi culpa obligare, ſed ex quadam honeſtate, & decentia tantum? Ex part. 4. tract. 4. ex reſ. 218. Quæ hic eſt infra in tr. 6. de Horis Canonicis reſ. 23.

An Sacerdos obligatus dicere Miſſam in Altari privilegiato poſſit compelli ab Epiſcopo, ut ipſemet celebret? Ex p. 9. tr. 2. ex reſ. 14. Quæ nunc invenientur in tom. 4. tr. 1. de Altaribus privilegiatis, reſ. 21.

Nota, quod in prædicto tom. 4. tract. 2. de Oratoriis privatis ſunt multæ quæſtiones omnes miſtæ pro audienda, & celebranda Miſſa in Oratoriis privatis Epiſcoporum ſui Palatij, ruris, &c. & circa approbationem Oratorij privati alicujus Sæcularis ab Epiſcopo faciendam, & etiam pro Oratoriis Epiſcoporum titularium, quos curioſos caſus ibidem invenies à reſ. 2. uſque ad reſ. 9. incluſivè, & in reſol. 12.13.17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.28.31. 38. 44. & 52.

An ſuſpenſio lata à Pio II: extendatur ad Epiſcopos ordinatos ante legitimam ætatem? Ex part. 5. tract. 10. ex reſ. 53. Quæ hic reperientur in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ reſ. 128.

Nota, quod in prædicto tom. 4. & tr. 3. de Bulla Cruciatæ, ſunt quamplurimæ quæſtiones pro diverſis difficultatibus, in quibus curſim dicitur. Et an ſuper hoc poſſit Epiſcopus diſpenſare, abſolvere, & commutare? Et adverte, quod inde non ſunt caſus miſti pro Epiſcopis, & Bulla Cruciatæ, ſed pertinentes ad Epiſcopos ſpecialiter, & an Epiſcopus poſſit concedere Bullam Compoſitionis per totam ſuam Diœceſim, & alij diverſi miſti caſus, quos ibidem invenies in reſ. 7.17.19.20.21.26.80.82.84.89.90.93. 94.96.97.98.99.103.104.105. 106. 107. 108. 109. 110.111.112.113.114.115.120.123.136.& 174.

An Epiſcopus poſſit commutare votum Religionis, vel Caſtitatis, quando non eſt tota materia voti? Et an poſtquam votum Caſtitatis, aut Religionis fuit à Summo Pontifice commutatum in materiam non reſervatam, v. g. in eleemoſynas, in confeſſiones menſtruas, &c. an poſſit Epiſcopus hanc materiam non reſervatam commutare in aliam materiam? Et in votis perpetuæ Caſtitatis, & Religionis emiſſis ex metu levi, in periculo mortis, in naufragio, aut peſtis, &c. poſſit Epiſcopus diſpenſare? Et an juramenta pia Religionis, & perpetuæ Caſtitatis ſint reſervata Summo Pontifici, vel tantum Epiſcopis? Et an Confeſſarius virtute Jubilæi poſſit abſolvere à caſibus Epiſcopo reſervatis? Et an hoc extendatur ad caſus, & cenſuras reſervatas ab Epiſcopo etiam poſt Jubilæi publicationem? Et quot Eccleſiæ in Jubilæo ſunt viſitandæ, ſi Epiſcopus deputaret plures Eccleſias, quàm ſunt à Papa reſcriptæ in Urbe? Et quid, ſi pauciores, aut unam tantum deputaret? Ex p. 5. tr. 12. ex reſol. 61.62.60.& 56. aliàs 60.61.59.& 55. & in part. 3. tract. 4. ex reſ. 148. aliàs 149. Quæ nunc invenientur in tom. 4. tr. 4. de Jubilæo reſ. 16.17.18.69.& 21.

An Epiſcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam morientibus, cum hoc tamen, ut interdiu id faciat per ſeipſum, alias potens talem facultatem ſubdelegare pro tempore noctis, poſſit ſic ſubdelegare ſi interdiu vocetur ad morientem, & tunc nolit, aut non poſſit per ſe id facere, facta tamen ſubdelegatione pro tempore noctis? Et an peregrini gaudeant Indulgentiis Epiſcoporum de quibus plura? Idem eſt de Regularibus exemptis. Et aſſeritur poſſe Epiſcopum quadraginta dies Indulgentiæ concedere. Nomine autem Epiſcopi, etiam Archiepiſcopi in præſenti intelligitur, qui in tota ſua Provincia eos quadraginta dies poteſt concedere, quamvis eam non viſitet; & in ſua Diœceſi octoginta dies concedere valet; & ſi plures dies concedit, valida conceſſio erit Indulgentiæ, & in dedicatione Eccleſiæ unum annum concedere poteſt; ſed nequeunt plures Epiſcopi ad Eccleſiæ conſecrationem concurrentes plus concedere, quam unus. Nec Succeſſor Epiſcopi poteſt illas dies Indulgentiæ concedere propter eamdem cauſam, propter quam Anteceſſor quadraginta dies jam conceſſit. Poteſt verò quivis eos dies propter diverſas cauſas ſæpius concedere, Et tandem quæritur, an poſſit Succeſſor illos revocare? Et an Imago tranſlata extra Diœceſim, ad quam Epiſcopus 40. dies Indulgentiarum contulit orantibus, portet illam Indulgentiæ collationem? Ex part. 10. tract. 16. ex reſ. 5. & in p. 11. tract. 8. ex reſ. 24. & in p. 10. tr. 16 ex reſ. 2. Quæ hic reperientur in tom. 4. tr. 5. de Indulgentiis reſ. 5.29.& 30.

An in hoc anno ſequenti 1632. cum Vigilia S. Mathiæ veniat in ultimo die Bacchanalium, poſſit Epiſcopus tranſferre tale jejunium in Sabbathum præcedens? Et an jejunium indictum ab Epiſcopo pro certa die, & fixa lege, & conſtitutione obliget Regulares, etiam ſi in Synodo ſit indictum? Et an Epiſcopi poſſint punire peregrinos, jejunia, dies feſtos, & alias conſtitutiones, & conſuetudines non obſervantes? Idem eſt de viatoribus, advenis, & vagis? Et an diſpenſatus edendi carnes in die jejunij poſſit ſimul comedere piſces, ſi ab Epiſcopo fuerit hoc prohibitum ſub pœna excommunicationis? Et an tempore peſtis poſſit Epiſcopus diſpenſare, ut in ſua Civitate carnes comedantur in diebus quadrageſimalibus? Et an cum omnibus in domo recluſis propter ſuſpicionem peſtis poſſit Epiſcopus diſpenſare in auditione Miſſæ in diebus feſtivis, vel quid eſt agendum in prædicto caſu? Et an diſpenſatio Epiſcopi in jejunio abſque cauſa facta non ſolum ſit illicita, ſed invalida; ideo peccet mortaliter Epiſcopus diſpenſando ſine cauſa? Et an Epiſcopus poſſit abrogare legem localem jejunij latam à Concilio Provinciali? Et an ſaltem poſſit eam diſpenſare? Et an poſſit Epiſcopus abrogare legem jejunij latam in Synodo Diœceſana, & à fortiori cum aliquibus diſpenſare, etiam validè, non autem licitè, quamvis hoc faciat ſine cauſa? Et an in cauſa dubij jejunij recurrendum ſit ad Epiſcopum, ut diſpenſet? Ex part. 3. tr. 6. ex reſ. 66. & in p. 1. tr. 9. ex reſ. 36. & in p. 9. tract. 7. ex reſ. 14. & in part. 1. tract. 9. ex reſ. 2. & in part. 9. tr. 6. ex reſol. 11. & in part. 10. tract. 14. ex reſol. 5. aliàs 3.

&

& in tr.13. ex reſ.27. *Quæ hic ſunt* in tom.4.tract.6. de Jejunio reſ.37.40.41.46.47.69. & 4.

*Quenam quantitas dicatur notabilis, ut illam expendens Epiſcopus in uſus prophanos, peccet mortaliter? Et an Epiſcopus Regularis poſſit teſtari de patrimonialibus? Et de obligatione Epiſcoporum ad eleemoſynas elargiendas etiam agitur. Et an Pontifex, ſi non licitè, ſaltem validè poſſit diſpenſare cum Epiſcopis, ut redditus Eccleſiaſticos ſuperfluos non expendant in uſus pios? Et quo ordine Epiſcopi teneantur ſuperflua bonorum Eccleſiaſticorum erogare in opera pia? Et an, ſi inter executores teſtamenti eſt contentio ſuper electione pauperum, res volvatur ad Epiſcopum, ut adhæreat uni executori; & an hoc intelligatur data paritate inter pauperes, non vero aliter?* Ex p.7. tr.11. ex reſol.36. & in part.5. tract.3. reſol.31. & 27. & in part. 4. tr.4. ex reſolut. 214. & in part.8. tr.7. ex 12. & in part.7. tract.10. ex reſolut.13. & in part.10. tr.11. ex reſ.35. & 36. *Quæ hic reperientur* in tom.4. tr.7. de Eleemoſyna, reſ.25.26.23.22. 24.27.20. & 21.

*An Epiſcopus confirmatus ante conſecrationem, & Sacerdotium poſſit concedere peccatorum condonationes, quas Indulgentias vocamus? Et an Epiſcopus poſſit poteſtatem concedendi Indulgentias delegare ſimplici Sacerdoti, vel cuicumque Clerico? Et docetur non poſſe Epiſcopum Indulgentias concedere pro defunctis. Et advertitur, quod largitio Indulgentiarum eſt actus juriſdictionis voluntariæ. Et an in loco exempto poſſit Epiſcopus concedere Indulgentias? Et notatur Epiſcopos præter Indulgentias unius anni in dedicatione Eccleſiæ, & pro dierum aliis temporibus non poſſe in foro Pœnitentiæ plures concedere. Et obſervatur, quod Epiſcopus etiam non conſecratus, dummodo ſit electus poteſt conferre beneficia. Et notatur, quod Epiſcopus non conſecratus, ſed electus, & confirmatus poteſt abſolvere à juramento. Et an ſola conſecratio Epiſcopi, vel etiam ſi tantum ſit electus, & confirmatus, tribuat ei privilegium Concilij Tridentini* ſeſſ.24. c.6. de reformat. *circa abſolutiones, diſpenſationes, &c. Et quid de Epiſcopis titularibus? Et an poſſint Epiſcopi uti hac facultate, ubi Concilium quoad totum non fuerit receptum? Et notatur poſſe Epiſcopum diſpenſare ſuper irregularitate homicidij caſualis, etiamſi ſit publica. Et quæritur, à quonam Epiſcopi habeant poteſtatem juriſdictionis?* Ex part.12. tr.1. ex reſ.74. 103. 104. & 75. *Quæ hic ſunt* in tom.4. tract.8. de conſecratione Epiſcopi, reſol.74. 103. 104. & 75.

*Nota, ubi non erat neceſſaria nota quod in prædicto* tom.4. tractatus 8. *eſt ſatis longus pro Conſecratione Epiſcopi, & omnibus occurrentibus in ea, ideo ſuper hoc ibi require, quidquid deſiderare potes.*

*An aliqua præcepta, & mandata Epiſcoporum ſub pœna excommunicationis obligent ſemper ad mortale? Et an ſi Epiſcopus prohibeat furtum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, furans incurrat excommunicationem, ſi invincibiliter iſtam legem ignoret? Et an cum his, qui in duello uno, aut altero die ſupervixerint, aut etiam una hora, & confeſſi ſunt, poſſit Epiſcopus, ſi æquum judicaverit, diſpenſare, ut ſepeliant eos in loco ſacro; vel an poſſint in ſupradicto caſu ſepelire eos abſque ulla Epiſcopi diſpenſatione? Et an ligentur excommunicatione accedentes ad monaſteria Monialium Regularibus ſubjecta, ſi ſtatutum Epiſcopi inferat cenſuras contra accedentes ad Monaſteria Monialium? Et an non incurrant in cenſuram latam per modum ſtatuti contra loquentes cum Monialibus, nam alloquutio fit in loco exempto? Et an ceſſante excommunicatione Papali ſuper aliquo caſu, ceſſet etiam Epiſcopalis ſuper eodem caſu? Et an Inquiſitores poſſint excommunicare Epiſcopos, & è contra? Et an Epiſcopi poſſint intrare Monaſteria Monialium, in aliquo caſu electionis Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ? Et an Epiſcopi poſſint excommunicare Reges, & eorum Conſiliarios? Et an Epiſcopi poſſint excommunicare ſubditum committentem delictum in Monaſterium Regularium exiſtentium in ſua Diœceſi? Et an Epiſcopus poſſit citare & excommunicare ſubditum exiſtentem in aliena Diœceſi? Et quid, ſi delictum eſt inchoatum in proprio territorio, & conſummatum in alieno? Et quid, ſi res ſit adeo manifeſta, ut non requiratur cognitio cauſæ; & alij caſus circa ſupradicta pertractantur? Et an Epiſcopus poſſit excommunicare ſubditum alienum? Et an præſentatio facta à Patrono laico excommunicato ſit valida, & teneatur Epiſcopus eum acceptare, & admittere?* Ex part.5.tr.9.ex reſ.21.& in p.2. tr.6.ex reſ.41.& in p.5.tr.3.ex reſ.141.& in tract.9.ex reſ.71.70.& 51.& in p.3. tr.2.ex reſ.67.& in p.5.tr.9. ex reſ.66.32.37.33.35.& 36. & in p.3. tr.5.ex reſ.74. & in tract.8.ex reſ.78. *Quæ nunc invenientur* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione reſ.12.32. 67. 85. 94. 95. 91.97.101.102.103.104.105.99.& 100.

*An contra incendiarios ſit lata aliqua cenſura, vel an ſint ab Epiſcopo excommunicandi; & ſi poſtea denuntientur, an tunc talis excommunicatio ſit Papæ reſervata? Et an dictam excommunicationem ſufficiat fieri edicto generali, vel ſit neceſſario facienda ab Epiſcopo, expreſſis nominibus incendiariorum? Et difficultas adhuc ſupereſt, an Epiſcopi teneantur ſub aliqua pœna contra incendiarios excommunicationem ferre? Et an ſit licitum obtinere beneficium animo reſignandi illud?* Ex p.9. tr.8. ex reſ.10. & in tract. 7. ex reſol. 53. aliàs 52. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tract.1. de Excommunicatione, reſolut.96. & 176.

*Nota, quod in prædicto* tom.5. & tract.1. de Excommunicatione *ſunt aliæ multæ quæſtiones pro excommunicatis, qui in excommunicatione majori, vel minori accipiunt collationem, & poſſeſſionem beneficij, & penſionis; vel faciunt beneficij reſignationem; & pro Collatore, Electore, & Patrono excommunicato, qui in prædicta excommunicatione faciunt collationem, præſentationem, electionem, & nominationem, vel recipiunt reſignationem alicujus beneficij. De quibus omnibus aliquid agitur in fine hujus principalis tractatus de Epiſcopis; quas difficultates ubi conſequutivas invenies* à reſ.166. uſque ad reſ.180. incluſive præcitati tract.1. de Excommunicatione, tom.5.

*An Epiſcopus poſſit abſolvere ab excommunicatione reſervata Papæ, quando delictum eſt occultum, vel quando excommunicatio eſt publica, ſed excommunicatus non poteſt recurrere ad Papam; & explanantur, quæ ſint juſta impedimenta? Et an qui abſolutus eſt ab Epiſcopo, teneatur poſtea, ceſſante impedimento, ſe præſentare per ſe, vel per Procuratorem? Et an Epiſcopus reſervando aliquam excommunicationem, & ejus abſolutionem Summo Pontifici, poſſit, hoc non obſtante? Metropolitanus in caſibus ſibi permiſſis eam elargiri? Et an excommunicatus ab uno Epiſcopo poſſit ab alio abſolvi, etiamſi mutaverit domicilium, vel ſit abſolvendus ab Epiſcopo, cui tunc ſubditus erat? Et an, qui dum verſabatur in alieno Epiſcopatu fuit excommunicatus, rediens in patriam poſſit abſolvi à proprio Epiſcopo? Et an, qui in articulo mortis fuit abſolutus à cenſuris reſervatis ab Epiſcopo ex vi alicujus Bullæ, vel Jubilæi, vel à delegatis prædictorum, non teneatur, ſi convaluerit ſe præſentare, &c? Et an qui impediti ſunt, adire queant Nuntium, aut Legatum Pontificis, poſſint abſolvi ab Epiſcopo? Et docetur, quod ſi impeditus nequeat Epiſcopum adire, poſſit cum onere ſe præſentandi à Parocho abſolvi; eoque deficiente ab alio Confeſſario. Et an ſi impedimentum ſit brevis temporis, tunc non poſſit ita impeditus abſolvi ab Epiſcopo ab excommunicatione Papæ reſervata? Et quid ſi ignoratur, quandiu duraturum eſſe impedimentum?* Ex p.5.tract.9.ex reſ.6.& in p.4.tr 4. ex reſ.58. & in p.3. tract.4. ex reſ.157. aliàs 158. & in part.5. tract.9. ex reſ.8. & 9. & in tract.14. ex reſ.59. & in p.11.tr.8.ex reſ.1. *Quæ hic ſunt* in tom.5.tr.1.de Excommunicatione, reſ.196.197.198.199.200.60.& 195.

*Nota, quod in prædicto* tom.5.tr.2.de Cenſura ob percuſſionem Clerici, & de ejus abſolutione, *ſunt multæ difficul-*

*tates pro Epiſcopis, & explanatur in quibus caſibus poſſint Epiſcopi à prædicta cenſura abſolvere quos curioſos invenies ſignanter* ibid. in reſ. 3. & à reſ. 64. uſque ad reſ. 73. incluſive, & in reſ. 77.

*Adverte etiam quod* in tom. 5. tract. 3. de Suſpenſione, *ſunt etiam multæ quæſtiones pro Suſpenſione ipſius Epiſcopi, & pro tollenda aliorum Suſpenſione per Epiſcopum in multis, & diverſis caſibus, quos ibi reperies* in reſ. 9. 20. 22. 23. 24. 25. 26. 31. 32. 34. 36. 44. 45. 49. 53. 56. 58. & 60. *Ubi etiam quæritur, an Epiſcopatus ſit Ordo;* ibi in reſ. 22. *Et an venatio ſit licita Epiſcopis?* ibid. in reſ. 64.

*An Epiſcopus poſſit ſuſpendere interdictum? Et de pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ appoſita ab Urbano VIII. in Bulla contra Epiſcopos, & alios non reſidentes agitur. Et clarè, & breviter explicatur, quid importet dicta pœna. Et in prædicto caſu quæritur, ſi quis Epiſcopus, vel alius interdictus celebrat in Eccleſia, an fiat irregularis? Et quid, ſi tantum audiat Officia divina? Et an Epiſcopus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit intra illam recipere Sacramenta? Et an in Eccleſia poſſit exercere actum juriſdictionis pro foro interiori? Et inter alia, alij decem caſus curſim adnotantur, in quibus Epiſcopis interdicitur ingreſſus Eccleſiæ.* Ex part. 5. tract. 10. ex reſol. 70. alias 69. & in part. 10. tract. 13. ex reſolut. 2. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tractat. 4. de Interdicto reſol. 22. & 15.

*Nota quod* in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate, *ſunt plures difficultates omnes miſtæ pro irregularitate incurſa, vel incurrenda ab ipſomet Epiſcopo; & pro diſpenſatione irregularitatum, quam Epiſcopus concedere poteſt in multis, & diverſis caſibus; & pro collatione beneficij, & penſionis facta irregulari, quos caſus ita miſtos ibi invenies* in reſol. 10. 11. 15. 17. 22. 26. 50. 54. 57. 62. 68. 80. 113. 60. 88. 138. 139. 140. 141. & 142.

*An Epiſcopi hodie poſſint diſpenſare in irregularitate contracta ex Abortu?*

*Quam, & alias diverſas quæſtiones circa diſpenſationem irregularitatis, & abſolutionem excommunicationis ab Epiſcopo faciendas pro diverſis caſibus abortus reperies* in tom. 5. tr. 6. de Abortu in reſ. 9. 6. 26. & 29. & ex conſequentiis in multis aliis.

*An emens Vicariatum Epiſcopi teneatur reſignare, & Epiſcopus pretium reſtituere, velut Symoniace receptum? Et an ſervire Epiſcopo intentione, ut conferat beneficium, non tanquam pretium ſervitij, ſed ex gratia & benevolentia cauſata ex ſervitio, non ſit Symonia? Et an Cancellarius Epiſcopi poſſit ſumere aliquid ratione laboris pro licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi? Et an Superior ſufficiens ad permutationem beneficij ſit Epiſcopus, ad quem collatio beneficij, aut inſtitutio ſpectat? Idem eſt de quocumque alio Collatore* Ex part. 4. tr. 4. ex reſolut. 167. 151. & 168. & in part. 5. tract. 13. ex reſol. 70. & in part. 10. tract. 16. ex reſol. 17. alias 16. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tract. 7. de Symonia reſolut. 9. 22. 23. 45. & 33.

*Nota, quod in prædicto* tom. 5. & tract. 7. de Symonia, *ſunt multæ quæſtiones circa Symoniam in Collatione, receptione, & reſignatione beneficij; & pro redemptione vexationis ad illud obtinendum, quæ omnia pertinere poſſunt ad Epiſcopum pro Collatione, proviſione, &c. prædictorum, & de quibus etiam agitur in fine hujus principalis tractatus, quas difficultates* ibidem *reperies* à reſol. 38. uſque ad reſolut. 43. incluſivè, *& lege etiam* à reſol. 28. uſque ad reſ. 33.

*An Epiſcopus poſſit virtute Concilij Tridentini* ſeſſ. 24. c. 6. *diſpenſare in inhabilitate occulta Symoniæ ad alia beneficia? Et an ſi in ſtatuto Epiſcopi caveatur, quod ludens ad hazardum ſit excommunicatus, ludens cum Epiſcopo, qui ſtatutum edidit, an ſit excommunicatus, etiam ſi Epiſcopus non incidat in pœnas ſtatuti?* Ex part. 11. tract. 5. ex reſol. 18. & in part. 10. tract. 16. ex reſ. 16. alias 15. *Quæ hic ſunt* in tom. 5. tract. 7. de Symonia, reſol. 17. & 1.

*An Epiſcopus poſſit committere alicui abſolutionem ab hæreſi ſaltem in caſu particulari, & ſpeciali? Et an Hæreticus occultus poſſit abſolvi in abſentia ab Epiſcopo, ſi ipſum adire non poſſit? Et an hodie Epiſcopi poſſint abſolvere ab occulta hæreſi? Et an dictam abſolutionem poſſit Epiſcopus impartiri extra Sacramentum Confeſſionis, & in abſentia, & hoc etiam ſi talis ſubditus ſit extra Diœceſim; vel an Epiſcopi nullo modo hanc abſolutionem ab hæreſi committere alteri perſonæ poſſint? Et an ſaltem per Bullam Cœnæ ſit Epiſcopis revocata facultas abſolvendi ab hæreſi, & aliis caſibus in ea contentis? Et ſi Epiſcopus nolens ſequi opinionem affirmativam, & nolens abſolvere Hæreticum occultum, quid eſt faciendum? Et an poteſtas diſpenſandi in irregularitate ex occulta hæreſi proveniente adempta ſit Epiſcopis per Bullam Cœnæ?* Ex p. 3. tr. 6. ex reſ. 92. & in p. 1. tr. 5. ex reſ. 2. & in p. 4. tr. 4. ex reſ. 239. & in p. 5. tr. 13. ex reſ. 43. & in p. 1. tr. 6. ex reſ. 4. & in p. 7. tr. 2. ex reſ. 23. & in p. 1. tr. 5. reſ. 3. & in p. 5. tr. 12. ex reſ. 35. & in p. 8. tract. 7. ex reſ. 67. & in p. 1. tr. 5. ex reſ. 7. & in p. 6. tract. 7. ex reſ. 63. & in p. 8. tr. 7. ex reſ. 50. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 8. de Hæreſi, & ejus abſolutione reſ. 14. 15. 16. 18. 21. 17. 19. 30. 31. 32. 36. & 37.

*An ſi gravamen ſit illatum ab Epiſcopo, poſſint laici appellare ad Metropolitanum, non autem exempti? Et an Inquiſitores poſſint procedere contra Epiſcopos? Et quid ſi Epiſcopus ſit titularis vel electus, & confirmatus, quamvis nondum conſecratus? Et an Epiſcopus poſſit inquirere contra Inquiſitorem de hæreſi ſuſpectum? Et an Inquiſitores citando reum ſimul eodem tempore cum Epiſcopo, ſint Epiſcopo præferendi? Et an Epiſcopi in recipiendis teſtibus contra Hæreticos teneantur adhibere duas perſonas Religioſas? Et an Inquiſitores poſſint ſine Epiſcopo proferre ſententiam abſolutoriam rei? Et an ſit uſu receptum Inquiſitores indicere abjurationem, & purgationem ſine Epiſcopo? Et an Epiſcopi poſſint remittere familiares ſuos, quando non gaudent privilegio fori; vel ſæculares, quando non gaudent immunitate Eccleſiæ judici laico abſque metu irregularitatis? Et an, ſi Inquiſitor cogeret reum ſine Epiſcopo ad abjurationem talis ſic abjurans maneat ſubjectus pœna relapſi? Et quid è contra? Et an liceat Inquiſitoribus ſuſpectum de hæreſi vehementer cogere ad abjurationem ſine Epiſcopo? Et an Inquiſitores per Bullam Sixti V. cognoſcant de Sortilegiis omnibus privativè quoad Epiſcopos? Et an Inquiſitores ſimul cum Epiſcopo in cauſis Hæreticorum contra lamias, & ſtriges debeant procedere? Et an Epiſcopi poſſint legere libros Hæreticorum? Et an Epiſcopus per ſe, vel per ſuos Vicarios debeant aſſiſtere Inquiſitoribus in cauſis Fidei? Et an Epiſcopi per ſe ſeparatim ab Inquiſitoribus poſſint cognoſcere cauſas hæreticales? Et an in Hiſpania poſſint Epiſcopi citare, & capere reum pro cauſa hæreticali in aliquo territorio ſine literis ſubſidialibus? Et advertitur ex Concilio Epiſcopos contra pronunciantes propoſitiones erroneas, temerarias, &c. procedere debere.* Ex part. 4. tr. 8. ex reſ. 32. 21. 25. 47. 12. & 50. & in p. 4. tr. 2. ex reſ. 101. & in p. 4. tr. 5. ex reſ. 49. 119. 120. 46. 2. 7. & 94. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 10. de Inquiſitoribus reſ. 62. 11. 13. 34. 42. 59. 70. 100. 103. 110. 137. 3. 36. & 92.

*An edicta Epiſcoporum non durent per totum annum, ſed per duos, vel tres menſes; unde ſi poſt hoc tempus tranſactum novit quis eſſe aliquem concubinarium non teneatur denunciare? Et an Epiſcopi poſſint cognoſcere de crimine ſolicitationis, & hoc etiam ſeparatim ab Inquiſitoribus ubi adeſt Inquiſitio Hiſpaniæ? Et quid dicendum de aliis Regnis? Et an Epiſcopi poſſint ſeparatim ab Inquiſitoribus proferre ſententiam contra Confeſſarios ſolicitantes, & è contrà, etiamſi ſola abjuratio eis adjungatur? Et quid eſt dicendum de ſententia abſolutoria, an poſſit dari ab Epiſcopo ſine Inquiſitoribus? Et an Inquiſitores poſſint animadvertere in*

ſolicita

ſolicitationem præteritam, ſi jam præjudicata fuerit ab Epiſcopo? Ex part.4.tract.5. ex reſolut.27. & in part.1. tract.4. ex reſolut.29.& in part.4. tract.5. ex reſol.52. 53.& 54. Quæ hic ſunt in tom.5. tract.9. de Denunciationibus reſ.20.95.96.97.& 98.

An Inquiſitores poſſint inferre torturam ſine Epiſcopo, & alios ad hoc ſubdelegare? Ex part.4. tract.6. reſolut.17. Quæ nunc invenientur in tom.5. tr.11. de Tortura S. Inquiſitionis reſ. etiam 17.

An Inquiſitores ſine Epiſcopo poſſint reconciliare eos, qui vulgò dicuntur Renegati. Si ſpontè ad eos veniunt, & pœnitentiam poſtulant? De blaſphemiis hæreticaliter, an debeant cognoſcere Inquiſitores cumulativè cum judice Eccleſiaſtico, & laico, itaut poſſit dari locus præventionis; vel an ſoli Inquiſitores debeant animadvertere? Et an in imponendis pœnis, quando diſcrepant Inquiſitores, & Ordinarij, quid eſt faciendum? Ex part.4. tract.7. ex reſ.3. 8. & 37. Quæ nunc invenientur in tom.5. tract. 12. de Pœnis Sanctæ Inquiſitionis reſolut. etiam 3. 8. & 37.

An Archiepiſcopus, vel Epiſcopus poſſint diſpenſare, vel revocare leges in Concilio Provinciali latas? Et an prædicti teneantur legibus, & decretis Synodi Provincialis, etiam quoad vim coactivam, itaut incurrant cenſuras, & alias pœnas impoſitas contra tranſgreſſores earum legum? Et an Epiſcopi in ſuis Diœceſibus teneantur leges Pontificias publicari, & obſervari facere? Et an Epiſcopi, qui hoc tempore vivunt, & quorum anteceſſores non receperunt Concilium Tridentinum, aut Bullam Cœnæ Domini liberi ſint in conſcientia, & multò magis eorum ſubditi? Et an Regulares teneantur obſervare Leges Synodales Epiſcoporum? Et an ſint multi caſus, in quibus Religioſi etiam exempti teneantur legibus, & ſententiis Epiſcoporum? Ex p.9. tr.6. ex reſ. 39. alias 40. & in p.4. tr.4. ex reſ.127. & ex p.6. tr.6. ex reſ.38. & in p.1. tr.10. ex reſ.5. & 11. Quæ hic reperientur in tom.6. tr.1. de Legibus reſ.17.14.15. 16. & 44.

Aſſeritur expoſitos pro legitimis eſſe habendos ad Ordines & beneficia; neque ulla Pontificis, aut Epiſcopi diſpenſatione indigere. Et quæritur, an Regulæ Cancellariæ non ſint propriè leges; ideò exſpirent, mortuo Pontifice, donec à Succeſſore confirmentur, ita ut Epiſcopi, & Ordinarij poſſint liberè conferre beneficia vacantia etiam in menſibus Pontifici reſervatis? Et an cum pro eligendis Epiſcopis trigeſimus annus requiratur, & quæritur, an debeat eſſe completus? Et an verò in Gallia ex concordatis inter Leonem, & Regem Galliæ ſufficiat, ut Epiſcopus rectè eligi poſſit, qui in 27. annum conſtitutus ſit? Et in Eccleſiis Cathedralibus ſolent extare ſedilia, & ſcamna laicorum ſæcularium pro audiendis concionibus, quæritur, an Epiſcopi poſſint amplius illa non admittere, & ideò removere, vel alia eorum loco apponere, laicis invitis? Et quid de Sedili juris Patronatus? Et quid de jure Sepulchri Et an Epiſcopi poſſint concedere leges Eccleſiaſticas in ſua Diœceſi? Et an hanc poteſtatem condendi leges habeant immediatè à Chriſto, an verò à Pontifice? Ex quibus infertur, à quo jure Epiſcopi ſint Superiores Sacerdotibus quo ad juriſdictionem? Et an Epiſcopus egeat conſenſu Capituli, Clerici, aut populi, ut ferat leges? Ex part.10. tract.16. ex reſ.96. & in tract.15. ex reſ.7. & in tract. 16. ex reſol.86. & 64. & in p.11. tr.3. reſ.23. Quæ hic ſunt in tom.6. tr.1. de Legibus reſ.32.31.127.128. & 18.

An Epiſcopus, ſicut poteſt tollere legem, ita & tollere conſuetudinem ſuæ Diœceſis propriam? Ex p.6. tr.5. ex reſ.25. Quæ nunc invenietur in tom.6. tract.2. de conſuetudine reſ.32.

An redditus Cancellariæ Epiſcopalis locari non poſſint, ſed debeant per proprios Epiſcopi Miniſtros exerceri? Ex p.10. tr.16. ex reſ. 51. Quæ hic reperietur in tom.6. tr.3. de contractibus reſ.190.

An qui vovit non ludere ſub pœna, ut non poſſit diſpenſari, niſi à Summo Pontifice, poſſit adhuc ab Epiſcopo abſolvi? Et an votum, vel juramentum non ludendi poſſit ab Epiſcopo commutari in rem meliorem, vel æquè bonum, & Deo gratam? Et an ſaltem Epiſcopi peccent ludendo ludis prohibitis? Ex part.7. tract.9. ex reſolut.59.4. & 55. Quæ hic ſunt in tom. 6. tract. 4. de Ludo reſolut. 69. 12. & 70.

An ſi pactum, & renunciatio ceſſionis bonorum firmetur juramento, poſſint debitores in tali caſu petere ab Epiſcopo abſolutionem à juramento? Ex part.7. tract.8. ex reſ.15. Quæ nunc invenietur in tom.6. tr.5. de ceſſione bonorum reſ. etiam 15.

An Epiſcopi validè, & licitè poſſint donare? Et an conſanguinei, vel alij recipientes ab Epiſcopis redditus, quos ipſe tenentur in uſus pios inſumere peccent mortaliter, & ſint obnoxij reſtitutioni? Et an donatio Epiſcopi Religioſi ad uſus prophanos non ſolum ſit illicita, ſed etiam invalida? Et an donatio Epiſcopi intra viginti dies ante obitum ſit valida? Ex part.8. tract.6. ex reſolut.13. & 14. & in part.7. tract.11. ex reſolut.39. & in part.8. tr.6. ex reſol.134. 132. & 88. & in p.1. tr.10. ex reſ.43. Quæ hic reperientur in tom.6. tr.7. de donationibus reſ.3.4. §.7.9.75. & 74.

Ad quem judicem pertineat executio teſtamentorum ad pias cauſas, & legata pia? Et an negligente intra annum hærede in adimplenda defuncti voluntate, executio teſtamenti tam ad pias cauſas, quam ad non pias devolvatur ad Epiſcopum? Et quis ſit judex competens, ſi agatur de publicatione teſtamenti Clerici, ſive laici, ſive de pia cauſa, ſive de non pia? Et an Epiſcopi poſſint teſtari in fine mortis in uſus non pios, ſi habeant licentiam diſpendendi in quoſcumque uſus voluerint? Et an ſi relinquatur aliquid Epiſcopo à propinquo, præſumatur non eſſe relictum intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ? Ex part.7. tr.6. ex reſ.32. alias 31. & in part.5. tr.3. ex reſ. 125. & in part.7. tract.12. ex reſ.11. Quæ hic ſunt in tom.6. tr.8. de Teſtamentis reſ.39. 91. & 49.

Nota, quod in prædicto tom.6. tract.9. de Executoribus Teſtamentorum, ſunt multæ Reſolutiones & diverſæ difficultates pertinentes etiam ad Epiſcopos, ut Executores teſtamentorum, & receptores rationum aliorum Executorum, & hæredum & ideò, ſi ita caſus miſtus occurrerit, require illum ibi in reſ.2.9.30.41.42. & à reſ.45. uſque ad reſolut.51. incluſivè, & in reſolut.54. 55. 56. 63. 64.65. 66. 70. & 72.

An illegitimus diſpenſatus ad omnes, & quaſcumque dignitates, non cenſeatur diſpenſatus ad Epiſcopatum? Et an legitimatus per ſubſequens matrimonium poſſit eligi in Epiſcopum? Ex p.10. tr.9. ex reſ.unica. Quæ hic reperietur in tom.7. tr.1. de Regularibus reſ.287.

Nota, quod in prædicto tom.7. & tract.1. de Regularibus, ſunt quam plurimæ quæſtiones inter ipſos Epiſcopos, & Regulares, & etiam pro Monialibus, itaut ex illis tantum Author potuiſſet ſatis longum tractatum formare; ideò ſi caſus ita miſtus occurrerit, perquire illum in reſolutionibus hic aſſignandis, & non in aliis præcitati tract. videlicet in reſ.11.20. 21. 22. & à reſ.25. uſque ad reſolut.90. incluſivè, & in reſ.92.94.96.99.100.108. 127. 128. 129.130.177.181.187.192.196.197.200. 220. 246. 259.264.268.269.270. 271. 272. 278. & à reſ.309. uſque ad reſ.317.322.323.325.328.334.& à reſ.342. uſque ad reſ.348. incluſivè.

An Epiſcopus teneatur aliquando ſub peccato mortali corrigere peccata venialia? Et docetur, quod quando Epiſcopi, & alij Superiore Eccleſiaſtici præcipiunt ſub pœna excommunicationis ipſo facto, ut ſcientes crimina intra certum tempus ſibi revelent, ſemper intelligendum eſt, ſervato prius ordine correctionis fraternæ, alias non eſt eis obediendum; & ſi expreſsè præcipiant contra hunc Ordinem, & ipſi peccabunt præcipientes, & obedientes, &c. Ex part.7. tract.3. ex reſ.8. & 44. Quæ nunc invenientur in tom.7. tract.4. de correctione reſ.21. & 51.

An Epiſcopus poſſit prohibere repræſentationes ſacras nullibi

poſſe

*poſſe fieri abſque ejus expreſſa licentia? Et an Epiſcopi ſub peccato mortali teneantur conſuetudinem mulierum incedendi nudato pectore extirpare, & tales fœminas à Sacra Synaxi repellere?* Ex p.4. tr.4. & reſ. 184. & in p.10. tr.12. ex reſ. 30. *Quæ hic reperientur* in tom.7. tr.5. de Scandalo reſ. 25. & 11.

*Utrum Epiſcopi, & Eccleſiaſtici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, itaut contra venientes poſſint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regiis?* Ex part.1. tr.3. ex reſ.23. *Quæ hic eſt* in tom.7. tract.6. de Parlamento reſ. 14.

*An liceat Epiſcopis eſſe Duces Supremos in aliquo exercitu terreſtri, vel maritimo? Et an Epiſcopi ſine licentia Summi Pontificis in aliquo caſu poſſint bello aſſiſtere abſque peccato? Et an Epiſcopis nondum in Sacris ſit prohibitum præeſſe exercitibus? Et quid, ſi in Sacris conſtituti ſunt? Et quid eſt dicendum de Epiſcopis Germaniæ temporalem juriſdictionem obtinentibus; an poſſint bellum indicere, Exercitum conſcribere, Ducem belli præfigere, arma ad pugnandum Militibus dare? Et an quis impunè poſſit occidere, vulnerare, & expoliare Epiſcopum in bello militantem; ac proindè nullam incurrat pœnam, & excommunicationem, excepta irregularitate, ſi illum occidat, aut vulneret? Et docetur, quod abuſus Epiſcoporum procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit, & ex Cardinali Baronio probatur. Et defenduntur aliqui Epiſcopi Hiſpani, qui ad bella perrexerunt contra Cardinalem Baronium. Et contra Gratianum probatur poſſe Pontificem ex juſta cauſa præbere licentiam, ut Epiſcopi præeſſent Exercitibus; ſine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonſtratur.* Ex p.6. tr.4. ex reſ.33. & 36. & in p.10. tr.2. ex reſ.2.3.4.5.& 6. *Quæ nunc invenientur* in tom.7. tr.7. de Bello reſ.54.61.52.53.55.56. & 57.

*An in acceptatione perſonarum quoad beneficia conferenda detur parvitas materiæ?* Ex part.5. tract.5. ex reſ.13. *Quæ nunc invenietur* in tom.8. tr.3. de parvitate materiæ reſ. 10.

*An votum caſtitatis, vel non nubendi factum à proclivi in venerem valeat, & in tali caſu poſſit Epiſcopus diſpenſare, quia tale votum alternativum eſt? Et quid, ſi votum non obliget præcisè ad materiam reſervatam ex voventis electionis ſed quia pars disjunctionis non reſervatæ eſt impoſſibilis; poteſt ne in tali caſu Epiſcopus diſpenſare? Et an votum, vel juramentum factum alicui Eccleſiæ, vel pauperi poſt ejus acceptationem poſſit Epiſcopus in melius commutare? Et an votum ingrediendi Religionem poſſit quis propria authoritate commutare in ſuſceptionem Epiſcopatus? Et an Epiſcopus ſine licentia Papæ poſſit tranſire ad Religionem? Et an qui ante Epiſcopatum fecit votum Religionis teneatur prius ingredi? Et quidam erat obſtrictus voto Religionis, ſed cum haberet ſororem in gravi neceſſitate conſtitutam, quæſivit à me, an ex hac cauſa poſſit differre ingreſſum Religionis, & in ſupradicto caſu Epiſcopus diſpenſare, quia non in ſubſtantia voti, ſed in ſola dilatione diſpenſat? Et an in caſu magnæ neceſſitatis poſſit Epiſcopus diſpenſare in votum Religionis, aut Caſtitatis perpetuæ? Et an juramenta Caſtitatis, Religionis, Peregrinationis Jeroſolymitanæ, &c. poſſint ab Epiſcopo diſpenſari?* Ex part.4. tract.4. ex reſ.102. & in part.6. tract 6. ex reſol.61.& 62.& in tract.7. ex reſol.54. & in part.10. tract.11. ex reſ.47. & in tract. 14. ex reſ.19. alias 17. *Quæ hic reperientur* in tom.8. tr.4. de Voto, & Juramento, reſ.37.70.73.33.58. & 79.

*An qui alterum infamavit falſum dicendo ſi ſit Epiſcopus, teneatur jurare ſe falſum dixiſſe, ſi alia via commodiori fama reſtitui non poſſit?* Ex part.3. tract.5. ex reſol.29. *Quæ hic eſt* in tom.8. tract.7. de reſtitutione famæ, reſolut. 62.

*Nota, quod in prædicto* tom.8. tract.7. de reſtitutione, *ſunt aliquæ difficultates, quæ largo modo pertinent ad hunc* tr.3. *de Epiſcopis, maximè quando Epiſcopus confert beneficium per concurſum, & collationem in minus dignum ſuaſione, precibus, vi, vel fraude, aut blanditiis, quas ibi reperies,* in reſ.48.49.50.51.53. & 54.

*An Epiſcopus poſſit tenere Cymbalam piſcatoriam pro ejus uſu, familiæ Prædicatorum, hoſpitum, &c. & piſces, qui poſtea ſuperſunt vendere? Et an Epiſcopi poſſint eſſe fidejuſſores?* Ex part.11. tract. 3. ex reſ. 10. & in tr.4. ex reſ.31. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. tract.3. de contractibus reſ.187. & 189.

*An violantes Immunitatem Eccleſiarum poſſint abſolvi ab Epiſcopo; vel an talis excommunicatio ſit reſervata Papæ? Et an Palatia Epiſcoporum gaudeant Eccleſiæ Immunitate? Et quid, ſi diſtent ultra quadraginta paſſus ab Eccleſia? Et quid, ſi non habeant Oratorium, in quo Miſſa celebretur, vel Epiſcopus ſit abſens, aut mortuus? Et an Palatia Epiſcopi commorantis extra Diœceſim gaudeant prædicta Immunitate? Et an Palatia Epiſcopi titularis gaudeant Immunitate? Et an ſi quis occidat Epiſcopum gaudeat Immunitate Eccleſiæ? Et an ſi conſtaret notoriè reum non gaudere Immunitate Eccleſiæ poſſit illum judex ſæcularis extrahere ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi? Et an Epiſcopo debeat certo conſtare de delicto in Bulla exceptuato, antequam tradat reum Curiæ Sæculari? Et an judex ſæcularis teneatur reum reſtituere Eccleſiæ, licet fuerit extractus cum licentia Epiſcopi, ſi conſtet eum non commiſiſſe delictum in Bulla Gregorij XIV. exceptuatum? Et an detur appellatio à ſententia Epiſcopi declarantis reum non gaudere Immunitate? Et quid, ſi lata ſit ſententia in favorem rei? Et an Epiſcopus, quando cognoſcit, ſi reus gaudeat, necne Immunitate, debeat illum citare? Et an Epiſcopus non poſſit tradere reum Curiæ Sæculare extractum ab Eccleſia ex præſumptionibus, & conjecturis probabilibus, ſed requiratur concludens probatio de delicto in Bulla exceptuato; nec in tali caſu Epiſcopus debeat ſtare proceſſui facto à judice laico, & an requiratur plena de delicto probatio? Et an judex laicus, inconſulto Epiſcopo, poſſit exhumari corpus defuncti occiſi, ut conſtet de corpore delictum? Et an Epiſcopi habeant territorium?* Ex part.6. tract.1. ex reſolut.34. & in part.1. tr.1. reſ.41. & 27. & in part.4. tract.1. ex reſ.96. & in part.6. tr.1. ex reſ.4. & in part.4. tr.1. ex reſ.40. & in part.6. tract.1. ex reſolut. 5. & in p.1. tract.1. ex reſolut.20. & 14. & in part.4. tract.1. ex reſolut.42. & in part.6. tract.1. ex reſolut.28. & in part.4. tract.1. ex reſolut.97. & in part.3. tract. 1. ex reſol.38. & in part.4. tract.1. ex reſol.112. & in p.5. tract.1. ex reſol.9. & in part.6. tract. 1. ex reſolut.31. & in part.9. tract.7. ex reſolut.64. & in part.4. tract.1. ex reſ.92. *Quæ nunc invenientur* in tom.9. tr.1. de Immunitate Eccleſiæ reſ.2.5.17.18.19.20.16.54.113.114.115.121.122.123.124.125.129. & 63.

*Nota, quod multa alia reperies in prædicto* tom.9. & tract.1. de Immunitate Eccleſiæ pro Epiſcopis, *& pro aliis diverſis caſibus contentis* in reſolut. 6. 16. 26. 54. 63. & 108.

*An ſimplex Sacerdos de licentia Epiſcopi poſſit Eccleſiam reconciliare violatam per injurioſam effuſionem humani ſanguinis? Et exponitur differentia in ſupradicta reconciliatione Eccleſiæ benedictæ vel conſecratæ? Et an Eccleſia, quæ ſtetit in campo per longum tempus abſque tecto, & janua, & plena ſpurcitiis, ſit denuo ab Epiſcopo reconcilianda ſolemniter?* Ex part. 2. tract.15. ex reſolut.6. & in part.8. tract.7. ex reſolut.93. *Quæ hic reperientur* in tom. 9. tract. 1. de Immunitate Eccleſiæ reſolut.141. & 138.

*An cognitio, ſi Religioſus gaudeat Immunitate Eccleſiæ in quocumque caſu, & eventu ſemper pertineat ad Epiſcopum?* Ex part.10. tract.14. ex reſolut.32. alias 30. *Quæ hic eſt* in tom.9. tract.1. de Immunitate Eccleſiæ, reſolut. 37.

*Nota, quod* in tom.9. tract.2. de Immunitate Eccleſiaſtica, *ſunt quamplurimæ difficultates circa Immunitatem Epiſcoporum, & circa privilegium fori eorum familiarium, & Miniſtrorum etiam laicorum, & circa alios plures caſus*

perti

pertinentes ad Epiſcopos pro defenſione Immunitatis E-
cleſiaſticorum, quas invenies in reſ.16. 24. 25. 26. 27.
28.29.30.31.32.33.45.46.47.48.96. 135. 136. 137.
144. 155. 177. & à reſol. 180. uſque ad reſolut. 190.
incluſivè, & in reſolut.199.207. 216. 226.249. 277.
281.293. 302. 312. 332. & 338. & ex conſequentiis
aliarum multarum quæſtionum in aliis quamplurimis reſo-
lutionibus præcitati tract.2. tom.9.
Adverte etiam, quod in prædicto tom.9. in tract.8. de Fa-
milia laica Nuntiorum Apoſtolicorum, ſunt tantum 10.
reſolutiones ſed omnes plenæ quæſtionibus pro privilegio
fori, quo gaudet ſupradicta Familia laica Nuntiorum; &
ex doctrina prædictarum reſolutionum infertur, quod do-
ctrina illarum applicanda eſt etiam pro familia laica Epiſ-
coporum. De qua ætate debet eſſe Epiſcopus? an conſecra-
tio alium novum Ordinem conferat Epiſcopo, quia ante
conſecrationem à multis prohibetur, quamvis ſit electus,
ſi non conſecratus? Et an Epiſcopus in itinere habeat pri-
vilegium celebrandi, vel ſibi facere celebrare ante auroram,
& poſt meridiem? Et an familiares Epiſcopi ſint teſtes
idonei in ejus cauſis? Et an Epiſcopi poſſint præſentari ad
beneficia Juris Patronatus? Et an Epiſcopus poſſit provi-
dere ſuæ familiæ de Confeſſario extra Diœceſim? Et an
Epiſcopus Religioſus, ſi deponat habitum ſuæ Religionis
incurrat in excommunicationem? Et an excommunicatio
contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. de
Loquutionibus, & Scriptionibus tempore conclavis, ſi ſit
occulta, poſſit abſolvi ab Epiſcopo vigore Concilij Triden-
tini ſeſſ.24.c.6.de reformat. Et proponitur ſententia af-
firmativa, nempè Epiſcopos à dicta cenſura poſſe abſolvere,
& nova opinio circa intelligentiam Tridentini affertur, ſed
non approbatur. Sed ſtante dicta opinione, quæritur, quo-
modò poſſint Cardinales Epiſcopi, vel alij Epiſcopi abſol-
vere à dicta cenſura Piana, & Gregoriana? Et difficultas
eſt, quid operetur illa particula Concilij Tridentini in Diœ-
ceſi ſua? Et concluditur non poſſe Epiſcopos vigore Concilij
abſolvere à cenſuris, & aliis caſibus reſervatis extra ſuam
Diœceſim. Et tandem quæritur, an verò poſſit Cardinalis
Epiſcopus, vel alij Epiſcopi, ſi inciderint in cenſuras de
quibus eſt quæſtio, abſolvi à ſuo Confeſſario virtute Con-
cilij Tridentini? Et an ſaltem in aliquo caſu poſſit Epiſco-
pus abſolvere à ſupradictis cenſuris? & in §.1. hujus ulti-
mæ reſolutionis proponitur curioſus caſus pro praxi prædi-
ctæ quæſtionis. Ex part.5. tract.2. ex reſol.19.74.56.15.
10.& 66. & in part.12. tract.2. ex reſol.20.21.22.23.
& 24. Quæ nunc invenientur in tom.9. tract.7. de Car-
dinalibus reſ.5.11.72. 25. 47. 86. & à reſ.113. uſque
ad reſ.117. incluſivè.

Adverte, quod in prædicto tom.9. & tract.7. de Cardinali-
bus, ſunt aliquæ aliæ quæſtiones pertinentes ad Epiſcopos
tantum, & aliæ ſunt miſtæ, quando Epiſcopi ſunt Cardi-
nales, quas ibi reperies in reſ.5. 21. 35. 54. 55.56.59.
60.74.76.84. 86. & 87.

An ex diſpenſatione Epiſcopus poſſit ſibi eligere Succeſſo-
rem? Ex part. 10. tract. 5. ex reſolut.3. Quæ hic eſt in
tom.9. tract. 6. de Poteſt. Pontificis eligendi ſibi Suc-
ceſſorem reſ. etiam 3.

## TRACTATUS IV.

### De pœnis, ſeu mulctis pecuniariis Epiſcopo non applicandis. pag. 375.

1. AN Epiſcopi poſſint imponere pœnas pecuniarias etiam laicis ex delictis miſti fori? Et affirmativè reſpondetur. Et curſim docetur Epiſcopos habere Fiſcum ſaltem ex conſuetudine. Ex part.10. tr.8. reſ.1. ibid.
2. Epiſcopos non poſſe pœnas pecuniarias ſibi applicare; ſed applicandas eſſe piis laicis demonſtratur, etiam ſi ſint impoſitæ per ſententiam, ſive per Statutum. Et quid, ſi Epiſcopus ſit adeò pauper? Et quid eſt ſentiendum de contraria conſuetudine, per quam pars pœnarum applicabatur Vicario, vel Cameræ Epiſcopi, vel fabricæ Eccleſiæ Cathedralis? Ex p.10. tr.8. reſ.2. ibid.
3. Reſpondetur ad argumenta, quæ contra ſuperius dicta adduci poſſunt in favorem Epiſcoporum, & maximè ratione conſuetudinis. Et an hoc intelligatur quoad pœnas, non quoad mulctas pecuniarias, nam differt pœna à mulcta? Et an aliquando mens legis magis quàm verba attendenda ſit? Et deducitur, an ſit credendum Doctori teſtandi de conſuetudine? Et curſim docetur, an opinio unius excellentis Doctoris faciat rem probabilem in iis, quæ ad jus pertinent, ſecus verò in illis, quæ ad factum ſpectant? Et breviter advertitur, quod ubi militat eadem ratio, debet militare eadem juris diſpoſitio. Ex p.10. tract.8. reſ.3. p.377.
4. Infertur ex ſuperius dictis ad Ornatum Concilij Tridentini ſeſſ.28. c.8. poſſe Epiſcopos, relictis aliis pœnis, punire concubinarios mulcta pecuniaria, locis tamen piis applicanda. Ex part.10. tr.8. reſ.4. p.378.
5. Poſſe Epiſcopos compoſitiones pecuniarias facere ſuper quibuſdam delictis, ſed piis locis applicandas eſſe firmatur. Et advertitur, quod ut dictæ compoſitiones pecuniariæ ad effectum, ut ſint licitæ, plura eſſe neceſſaria, quæ in textu hujus reſolutionis explicantur. Ex part.10. tr.8. reſ.5. ibid.
6. Aliquæ Declarationes Sacræ Congregationis firmantes ſuperius dicta afferuntur. Et in corpore hujus reſolutionis aſſignantur aliquæ perſonæ, quibus ſupradictæ pœnæ pecuniariæ, & mulctæ non poſſunt applicari. Ex p.10. tr.8. reſ.7. p.379.
7. An Epiſcopi poſſint diſpenſare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam? Et affirmativa ſententia adducitur. Pro quo etiam in textu hujus reſolutionis afferuntur multi, & diverſi caſus pro praxi prædictæ difficultatis? Ex p.10. tr.8. reſ.8. p.380.
8. Negativa ſententia Authoris, & aliorum Doctorum proponitur; nempè non poſſe Epiſcopos tales pœnas pecuniarias imponere, ſed in utraque ſententia illas debere locis piis applicare ſtabilitur. Et quid, ſi diſpenſaret in aliqua irregularitate orta ex delicto? Et notatur pecunias impoſitas pro diſpenſationibus, ſeu commutationibus, modo quo ſupra, ſatis applicandas eſſe ab Epiſcopis piis operibus, vel pro eleemoſynis diſtribuendis. Ex part.10. tr.8. reſ. 9. ibid.

Nota, quod reſolutio 6. & reſolutio 10. quæ deſunt huic tract.4. de Pœnis, ſeu mulctis pecuniariis hujus tom.3. & ſecundum Ordinem R.P. Diana in ſua part.10. tract.8. ſupradicta reſolutio 6. ut in proprio loco eſt appoſita in tom.5. tr.10. de Inquiſitoribus, & ibi eſt reſ. 130. & præcitata reſ.10. eſt adſcripta in proximo ſequenti tract. de Capitulo Sede vacante, & ibidem eſt reſ. 59.

## TRACTATUS V.

### De Poteſtate Capituli Sede vacante ad Ornatum cap. ſi Epiſcopus, de ſupp: negl. Prælat. in 6. pag.381.

1. AN Capitulum Sede vacante ſuccedat in juriſdictionem Epiſcopi ordinariam? Ex part. 8. tr.4. reſ.1. ibid.
2. An Capitulum Sede vacante ſuccedat in juriſdictionem Epiſcopi delegatam? Et docetur, quod nunquam diſpen-

ſationes

ſationes matrimoniales diriguntur Capitulis Sede vacante, quamvis ad nominatim petuntur, ſed Epiſcopis vicinioribus. Ex part. 8. tr. 4. reſ. 2. p. 382.

3. An Capitulum Sede vacante ſuccedat in juriſdictione Epiſcopi voluntaria? Ex part. 8. tract. 4. reſolut. 3. ibid.

4. An Capitulum Sede vacante ſuccedat in juriſdictione Epiſcopi competenti ex conſuetudine? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 18. p. 383.

5. An Capitulum Sede vacante in aliis caſibus præter mortem Epiſcopi ſuccedat in ejus juriſdictionem, ſive depoſitione, ſive tranſlatione ad aliam Eccleſiam, ſive Epiſcopus captus ſit à paganis, vel ſchiſmaticis, aut hæreticis, quouſque captivitas perſeverat? Et difficultas eſt, an ſi, Epiſcopo exiſtente in remotis, moriatur Vicarius, ſuccedat in tali caſu Capitulum in ejus juriſdictionem, itaut poſſit eligere Vicarium? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 4. ibid.

6. An Capitulum Sede vacante poſſit exercere ſuam juriſdictionem, ſi Epiſcopus ad aliam Eccleſiam tranſlatus, adhuc non acceperit poſſeſſionem? Ex quo infertur, quod ſtatim, Epiſcopo tranſlato, non tenentur geſta Vicarij poſt tranſlationem, etiam ab eo ignoratam. Ex part. 8. tr. 4. reſ. 33. ibid.

7. An Capitulum Sede vacante poſſit exercere juriſdictionem in perſonas ſæculares, quando Epiſcopus habeat poteſtatem temporalem? Et in ſupradicto caſu, an poſſit exercere per alios juriſdictionem in criminalibus abſque metu irregularitatis? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 16. p. 384.

8. An Capituli Sede vacante prima inſtantia cenſeatur præſervata à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 20. de Reformat. Ex p. 8. tr. 4. reſ. 21. ibid.

9. An Capitulum tempore Sedis vacantis poſſit judicare de cauſis pertinentibus ad Epiſcopum, ut v. g. quando verteretur quæſtio ſuper proprietate alicujus juris, ſeu juriſdictionis, an ad Epiſcopum pertineat, vel non? vel an aliquis ſit ſubjectus, vel exemptus; an talis locus ſit de Diœceſi, an non, aut an aliquod beneficium ſit de jure Patronatus, vel pertineat ad meram Epiſcopi collationem, &c? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 10. p. 385.

10. An Capitulum Sede vacante poſſit revocare licentiam Ordines conferendi, & exercendi Pontificalia conceſſa alicui Antiſtiti ab Epiſcopo defuncto? Et quid, ſi Capitulum non revocaverit prædictam licentiam? Et aliqua alia inferuntur valdè notanda ex doctrina ſupradictarum quæſtionum. Et tandem advertitur nullum Epiſcopum poſſe Ordines conferre Religioſis virtute privilegiorum in Diœceſi, in qua eſt Sedes vacans ſine licentia expreſſa Capituli ſub pœnis in Concilio fulminatis. Ex part. 8. tract. 4. reſol. 72. ibid.

11. An Capitulum Sede vacante intra annum poſſit dare licentiam alicui Epiſcopo, ut conferat Ordines Regularibus, & Clericis alterius Diœceſis? Et an Regulares ſint ſubjecti Epiſcopo quoad recipiendos Ordines? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 73. ibid.

12. An Capitulum Sede vacante poſſit concedere dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos intra annum à morte Epiſcopi? Et an Capitulum Sede vacante poſſit tamen intra annum per alium Epiſcopum Pontificalia exercentem ordinare Diœceſanos ſuos, & ſic reſolutum fuiſſe à Sacra Congregatione? Et an elapſo anno à puncto Sedis vacantis, poſſit Capitulum eis dimiſſorias concedere? Et an hæ literæ dimiſſoriæ per adventum novi Epiſcopi non expirent? Et an Vicario Papæ non prohibeatur ſtatim poſt vacantem Sedem dictas dimiſſorias concedere? Ex part. 8. tract. 4. reſol. 41. p. 386.

13. An Capitulum Sede vacante poſſit ſaltem intra annum concedere literas teſtimoniales? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 42. p. 387.

14. An Capitulum Sede vacante intra annum poſſit ſaltem literas dimiſſorias pro prima Tonſura concedere? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 43. ibid.

15. An ſi Capitulum Sede vacante ordinet intra annum contra formam Concilij Tridentini, ordinatus tamen poſſit obtinere beneficium? Ex part. 8. tract. 4. reſ. 44. p. 388.

16. An Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare, ut quis ordinetur non ſervatis temporum interſtitiis? Et quid quoad hoc de Vicario Capituli Sedis vacantis? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 5. ibid.

17. An Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare cum illegitimis quoad Ordines minores, & quoad beneficium ſimplex? Et an etiam poſſit Vicarius Capitularis concedere hanc diſpenſationem, niſi habeat ſpeciale mandatum? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 6. p. 389.

18. An ſententia degradationis poſſit fieri à Vicario Capituli Sede vacante, & actualis ab Epiſcopo, cui ipſe commiſerit? Et notatur Epiſcopum electum, & confirmatum non tamen conſecratum poſſe cognoſcere de criminibus depoſitione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Epiſcopum conſecratum, qui illum actualiter degradet. Et an Prælatus Regularis non poſſit jure communi deponere, nec degradare ſubditos, niſi competat ei conſuetudine, vel privilegio? Et an ſit aliquod privilegium, quod extendi poſſit ad depoſitionem verbalem tantum? Ex part. 10. tract. 11. & Miſcel. 1. reſ. 51. ibid.

19. An Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare ſuper omnibus irregularitatibus, ſuſpenſionibus, &c. quibus poteſt Epiſcopus vigore Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 6. Et explanatur, quomodo non ſuccedat Capitulum Sede vacante in his, quæ competunt Epiſcopo jure ſpeciali gratioſo, videlicet privilegio, vel commiſſione Pontificis, & quomodo ſuccedat in his, quæ ſpectant jure communi ſpeciali. Ex p. 8. tr. 4. reſ. 7. p. 390.

20. An Capitulo Sede vacante competat privilegium Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 6. de reformat. quoad diſpenſandum, & abſolvendum? Et quid, quoad abſolvendum ab hæreſi? Et an Collegium Cardinalium Sede vacante gaudeat hac facultate Concilij? Ex p. 7. tr. 2. reſ. 3. ibid.

21. An Capitulum Sede vacante poſſit abſolvere ab hæreſi? Et an doctrina hujus quæſtionis aliqua alia circa illam inferuntur; & tandem explanatur, quod ſaltem per Bullam Cœnæ Domini hæc facultas abſolvendi ab hæreſi eſt revocata Capitulo Sede vacante. Et part. 8. tract. 4. reſolut. 8. p. 391.

22. An Capitulum Sede vacante poſſit procedere contra Hæreticos? Et an Vicarius Capituli Sede vacante jure Ordinario debeat aſſiſtere Inquiſitoribus in dictis cauſis Fidei? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 37. p. 392.

23. An Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare in petitione debiti, & concedere facultatem abſolvendi à reſervatis? Idem eſt dicendum de ejus Vicario, aut Proviſore. Ex p. 8. tr. 4. reſ. 47. ibid.

24. An Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare in caſibus Pontificiis, quando non eſt facilis recurſus ad Papam, vel ad Nuntium Apoſtolicum, ſi ad eam diſpenſationem concedendam poteſtatem habeat? Et an Epiſcopus poſſit prædictam facultatem delegare in ſupradictis caſibus? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 9. p. 393.

25. An Capitulum Sede vacante poſſit abſolvere à juramento? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 23. ibid.

26. An Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare in omnibus votis & juramentis, quibus poſſit Epiſcopus? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 45. ibid.

27. An Capitulum poſſit cognoſcere cauſas matrimoniales? Et Capitulum poſſit revocare ſtatuta præcedentis Epiſcopi, ſi fuerit expediens, & contraria ſtatuere, quæ obligent totam Diœceſim? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 22. ibid.

28. An Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius Generalis habeant facultatem dandi licentiam aſſiſtendi matrimonio & ingrediendi Monaſteria Monialium? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 49. p. 394.

29. An Capitulum Sede vacante poſſit concedere monitoria ad effectum revelandi? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 17. ibid.

30. An

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

30. *An Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius poſſit ferre cenſuras? Et an verò Capitulum Sede vacante poſſit ponere interdictum tam perſonale, quam locale, & etiam ceſſationem à Divinis?* Ex p.8.tr.4. reſ.11. ibid.

31. *An Capitulum Sede vacante poſſit abſolvere ab excommunicatione incurſa propter percuſſionem Clerici; & quid de aliis cenſuris? Et ſimiliter, an poſſit punire, deponere, ſuſpendere, & privare beneficiis, & alia facere, quæ ad correctionem ſpectant? Et an poſſit deputare Pœnitentiarios cum poteſtate abſolvendi ab hujuſmodi excommunicationibus, & aliis caſibus Epiſcopo reſervatis?* Ex p.8.tr.4 reſ.12. ibid.

32. *An Capitulum Sede vacante poſſit approbare confeſſarios?* Ex p.8.tr.4.reſ.46. p.395.

33. *An Capitulum Sede vacante poſſit revovare licentias Regularium obtentas ad audiendas confeſſiones? Idem eſt de licentiis ad prædicandum?* Ex p.8 tr.4. reſ.48. ibid.

34. *An Capitulum Sede vacante poſſit dare licentiam Novitiis diſponendi de eorum bonis temporalibus? Et an poſſit munus Syndicandi exercere?* Ex p.8.tr.4. r.53.p.396.

35. *An Capitulum Sede vacante poſſit dare licentiam Monialibus exeundi è Monaſterio ex cauſa?* Ex part. 8. tr.4. reſ.39. ibid.

36. *An Vicarius Sede vacante poſſit viſitare Monaſteria Monialium exemptarum, & Sedi Apoſtolicæ ſubjectarum? Et explanatur Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopo in privilegiis conceſſis cum ſint perſonalia, & odioſa.* Ex p.7.t.12.& Miſc.3.r.28.aliàs 26.ibid.

37. *An Capitulum Sede vacante poſſit viſitare Monaſteria Monialium exemptarum? Et an Capitulum Sede vacante poſſit concedere licentiam Monialibus immediatè ſubjectis Sedi Apoſtolicæ egrediendi è Monaſterio in caſibus permiſſis in Bulla Pij V. quæ incipit*, Decori,& honeſtati? Ex p.8.tr.4.reſ.14.p.397.

38. *An Capitulum Sede vacante poſſit viſitare Diœceſim? Et an Metropolitanus poſſit mittere Viſitatorem Eccleſiæ vacanti, ſi Capitulum negligens ſit in exequenda juriſdictione Epiſcopali ad ſe devoluta? Et an Capitulum Sede vacante poſſit ſindicare Vicarium defuncti Epiſcopi?* Ex p.8.tr.4. reſ.13.p.398.

39. *An Capitulum Sede vacante poſſit dare licentiam erigendi nova Monaſteria? Et ſupponitur Monaſterium quorumcumque etiam Mendicantium non poſſe erigi, & ædificari, quamvis adſit licentia Epiſcopi, niſi vocatis, & auditis aliorum conventuum Procuratoribus, &c. Et an Vicarius Capitularis Sedis vacantis poſſit concedere ſupradictam licentiam? Et an conſtitutio Clement. VIII. circa hoc habeat locum quoad erigenda Monaſteria Monialium; Et quid ſuper hoc Sacra Congregatio cenſuit?* Ex p.8. tr.4. reſ.68. p.399.

40. *An Capitulum Sede vacante poſſit dare licentiam, ut ædificetur Eccleſia, ut acquiratur Iuſpatronus? Et an Capitulum Sede vacante poſſit charitatiuum ſubſidium exigere; Et an Canonicarum collegium Sede vacante nequeat ſtatutum concedere, quod tale ſubſidium in futurum ex parte minuatur?* Ex p.8.tr.4.reſ.54.ibid.

41. *An Capitulum Sede vacante poſſit alienare bona Eccleſiæ tam immobilia, quam mobilia? Et an ſuperveniens Epiſcopus electus, & confirmatus poſſit reſcindere prædictas alienationes factas à Capitulo ſine authoritate Papæ; quod idem dicendum eſt, ſi quid Epiſcopus ſine Capitulo diſtraxerit de bonis Eccleſiæ ſuæ immobilibus?* Ex p.8.tr.4.reſ.38.ibid.

42. *An Capitulum Sede vacante poſſit concedere Indulgentias? Et quid de conſuetudine circa hoc? vel an ſit tutius, ut Capitulum committat alicui Epiſcopo, ut Indulgentias concedat in nomine ipſius Capituli?* Ex p.8. tr.4. reſ.35. p.400.

43. *An Capitulum Sede vacante poſſit commutare ultimas voluntates in caſibus, in quibus poterat Epiſcopus?* Ex p.8. tr.4. reſ.34.ibid.

44. *An Capitulum Sede vacante poſſit compellere executores teſtamentorum ad eorum complementum? Et alij caſus circa hoc inferuntur, & explanantur.* Ex p. 8. tr. 4. reſ.24. ibid.

45. *An Capitulum Sede vacante poſſit ſupprimere Canonicatum? Et an idem dicendum ſit de Prælatis Regularium circa beneficia Regularia ſuarum Eccleſiarum?* Ex p.8.tr.4. reſ.50. p.401.

46. *An Capitulum Sede vacante poſſit creare Clericos Salvaticos?* Ex p.8.tr.4.reſ.51.ibid.

47. *An Capitulum Sede vacante poſſit providere Pœnitentiariam tunc temporis vacantem? Et an Capitulum Sede vacante ſuccedat in proviſione beneficiorum ad Epiſcopum ſpectante?* Ex p.8.tr.4. reſ.52. ibid.

48. *An Capitulum Sede vacante poſſit facere gratiam? Et an Capitulum Sede vacante poſſit diſpenſare, & remittere pœnas per Epiſcopum mortuum impoſitas?* Ex p. 8. tr.4. reſ.19. ibid.

49. *An Capitulum Sede vacante poſſit dare licentiam clerico tranſeundi ad Dignitatem Eccleſiaſticam in alienam Diœceſim?* Ex p.8.tr.4.reſ.20.p.402.

50. *An Capitulum Sede vacante poſſit conferre beneficia ad Epiſcopum pertinentia? Et aliæ diverſæ difficultates circa hoc annotantur in textu Reſolutionis.* Ex p. 8. tr.4. reſ.25. ibid.

51. *An Capitulum Sede vacante poſſit facere collationem beneficiorum neceſſariam, ut quando, v. g. collatio eſt debita certis perſonis?* Ex p.8.tr.4.reſ.26.p 403.

52. *An Capitulum Sede vacante poſſit conferre beneficia, ſi jure devolutionis ſpectaret ad Epiſcopum?* Ex p.8. tr.4. reſ.27.p.404.

53. *An Capitulum Sede vacante, ſi non poſſit conferre beneficia ad Epiſcopum ſpectantia, poſſit ſaltem eorum reſignationes recipere?* Ex p.8.tr.4.reſ.28. ibid.

54. *An Capitulum Sede vacante poſſit admittere reſignationes beneficiorum non ſimpliciter, ſed ex cauſa permutationis factas? Et notatur non poſſe etiam Capitulum præſentare ad beneficium Juriſpatronatus Epiſcopo competentis.* Ex p.8 tr.4 reſ.29.p.405.

55. *An præter caſus ſupradictos poſſit aliquando Capitulum Sede vacante conferre beneficia?* Ex p.8.t.4. r.30.p.406.

56. *An Capitulum Sede vacante poſſit unire beneficia.* Ex p.8.tr.4.reſ.31.ibid.

57. *An Capitulum Sede vacante poſſit commendare beneficia ad tempus? Et an hoc intelligatur de beneficiis ſimplicibus tantum, non autem curatis?* Ex p.8.tr.4. reſ.32. ibidem.

58. *An Capitulum Sede vacante poſſit privare Clericos beneficiis, quorum collatio ad Epiſcopum pertinebat?* Ex p.8.tr.4. reſ.40. ibid.

59. *An ea omnia, quæ dicta ſunt de Epiſcopis pro imponendo pœnas, & mulctas pecuniarias clericis, & laicis in delictis miſti fori, vel pro diſpenſationibus, aut commutationibus procedant in Capitulo Sede vacante, & ejus Vicario; itaut in quocumque eventu, & caſu ſemper ſint applicandæ locis piis? Et an prædicta applicatio ſtatim fieri poſſit à Vicario Capituli?* Ex p.10.tr.8.reſ.10.p.407.

60. *An Capitulum Sede vacante teneatur ſolvere debita Epiſcopi defuncti ex fructibus Epiſcopatus? Et docetur Capitulum Sede vacante teneri eleemoſynas impertiri ad quas Epiſcopi tenentur* Ex p.8.tr.4.reſ.74.ibid.

61. *An intra octo dies, in quibus Capitulum Sede vacante cogitat de Vicario eligendo, debeat Archidiaconus juriſdictionem adminiſtrare?* Ex p.8.tr.4.reſ.36.p.408.

62. *An Capitulum Sede vacante poſſit reſtringere tempus octo dierum ſtatutum à Concilio Tridentino pro Vicario eligendo?* Ex p.8.tr.4.reſ.65. ibid.

63. *An Capitulum Sede vacante poſſit poſt octo dies, antequam Metropolitanus eligat Vicarium, purgare moram, & eligere Vicarium?* Ex part.8. tract.4. reſ.71. ibid.

64. *Quid determinat Concilium Tridentinum circa creatio-*

nem Vicarij Capituli Sede vacante? Et an terminus etiam octo dierum currat Capitulo à die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi ad alium Eccleſiam, quando tamen à Summo Pontifice fuerit abſolutus vinculo prioris Eccleſiæ? Ex part. 8. tr. 4. reſ. 55. p. 409.

65. An eligendus ſit pro Vicario Capituli Sede vacante Doctor Canonum, ſi haberi poteſt ſub pœna nullitatis? Et in caſu, quod non ſit Doctor, an poſſit capitulum in ipſo actu deputationis dare ei Conſultorem Doctorem ſibi bene viſum, alioquin an poterit ipſe Vicarius eligere Doctorem Conſultorem partibus non ſuſpectum, in quibus opus fuerit? Et an Doctor Theologus non poſſit eſſe Vicarius Capitularis Sede vacante? Et an Vicarius Epiſcopi poſſit eſſe non Doctor? Et ſi Epiſcopus demortuus relinquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debeat illum confirmare? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 56. ibid.

66. An Capitulum Sede vacante debeat eligere Vicarium ex gremio ipſius Capituli? Et an hoc etiam procedat, quando devolvitur electio ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli? Et in prædictis caſibus, ſi in Capitulo, in quo non ſunt Doctores, vel licentiati in jure Canonico, adeſſet aliquis juris Canonici peritus & idoneus, debeat eligi, alias electio ſit nulla; Ex p. 8. t. 4. r. 57. p. 410.

67. An Capitulum Sede vacante poſſit eligere Parochum in Vicarium? Ex part. 8. tract. 4. reſol. 58. p. 411.

68. An Capitulum Sede vacante debeat eligere Vicarium, qui ſit in Sacris conſtitutus? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 59. ibid.

69. An Capitulum Sede vacante in creatione Vicarij teneatur ſervare formam cap. quia propter de electione, & Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Regular. c. 6. Vel non ſit neceſſarium, ut electio Vicarij fiat per vota ſecreta? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 60. ibid.

70. An Capitulum Sede vacante poſſit eligere duos Vicarios? Et quid, ſi eſſet de conſuetudine eligere duos Vicarios? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 61. ibid.

71. An Capitulum Sede vacante, creando Vicarium, poſſit aliqua ſibi reſervare? Et notatur, quod Vicarius conſtitutus à Capitulo non poſſit alium conſtituere niſi ad modicum tempus, & ex urgente magna cauſa. Et quid, ſi Vicarius infirmitate detentus eſſet, vel alio legitimo impedimento occupatus? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 62. p. 412.

72. An tota authoritas Capituli Sede vacante tranſeat in Vicarium etiam in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 64. ibid.

73. An electo Vicario poſſit Capitulum Sede vacante aliquam exercere juriſdictionem? Et an Capitulum poſſit aliquas cauſas alteri delegare? Et an Vicarius Capituli Sede vacante poſſit diſpenſare ſine ſpeciali mandato in caſibus, in quibus Epiſcopus diſpenſat? Et an poſſit Capitulum in ipſa deputatione Vicarij, non tamen poſtea aliqua ſibi reſervare? Ex p. 6. tr. 7. & Miſc. 2. reſ. 41. ibid.

74. An Vicarius Capituli Sedis vacantis poſſit ad libitum ſine juſta cauſa revocari ab eodem Capitulo? Et in dicto caſu, an Capitulum Sede vacante teneatur tamen alium Vicarium intra octo diès conſtituere, alias jus deputandi ad Metropolitanum devolvatur? Et ſi ipſa fuerit Metropolitana ad antiquiorem Epiſcopatum devolvatur? Ex p. 3. tract. 6. & Miſc. 2. reſ. 27. p. 413.

75. An Capitulum Sede vacante poſſit ad libitum Vicarium amovere? Et quid, ſi in nominatione dictum fuiſſet, quod poſſit revocari, quoties Capitulo benè viſum fuiſſet? Et quid eſt dicendum, ſi juramentum interpoſitum fuiſſet de non revocando? Et in dicto caſu, an Capitulum Sede vacante teneatur alium Vicarium intra octo dies conſtituere, alias jus deputandi ad Metropolitanum devolvatur, & ſi ipſa fuerit Metropolitana ad antiquiorem Epiſcopum devolvatur? Et an Capitulum teneatur ad aliquod intereſſe reſtituendum, ſi Vicarium abſque juſta cauſa removeat? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 63. ibid.

76. An Vicarius Capituli Sede vacante abſens lucretur diſtributiones; & in proceſſionibus debeat habere primum locum, & honorabiliorem? Idem eſt dicendum quoad diſtributiones de electis in Officialibus, & viſitatoribus. Ex p. 8. tr. 4. reſ. 67. p. 415.

77. An Vicarius Sede vacante poſſit cognoſcere de cauſis delegatis Vicario Generali Epiſcopi, & exequi diſpenſationes in matrimonij impedimentis, & literis in formam Dignum, quæ hujuſmodi Vicario Epiſcopi ſolent committi? Et quid de Vicario Epiſcopi electi, & confirmati à Papa, nondum tamen conſecrati; & de Vicario quorundam Abbatum? Et notatur Vicarium Capituli Sede vacante poſſe exequi literas directas ad Vicarium Epiſcopalem ſub nomine Vicarij. Etiamque poſſe executioni mandare literas Epiſcopo defuncto directas per Sacram Congregationem, & ab eo non executas. Ex p. 5. tract. 14. & Miſc. 2. reſ. 29. ibid.

78. An Vicarius, ſeu Officialis Capituli Sede vacante poſſit exequi diſpenſationes directas Vicario Generali Epiſcopi? Et quid eſt dicendum de commiſſione, ſeu delegatione facta Epiſcopo mortuo? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 66. p. 416.

79. Quando expiret juriſdictio Vicarij Capituli Sede vacante? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 69. ibid.

80. An Vicarius Capituli Sede vacante teneatur ſtare Syndicatui? Ex p. 8. tr. 4. reſ. 70. p. 417.

81. An Epiſcopus ſuperveniens poſſit viſitare Capitulum Sede vacante? Et docetur Vicarium Capituli Sede vacante teneri, finito Officio ſtare Syndicatui, & poſſe ab Epiſcopo ad id compelli, & in aliquo comprehenſum puniri. Imo, & ipſum Capitulum, facta remotione Vicarij, vel aliorum Officialium à ſe nominatorum, illos poſſe ſtatim compellere ad reddendam rationem adminiſtrationis, ac pro admiſſis culpis punire; & aliqua alia circa ſupradicta explanantur. Ex p. 8. tr. 4. reſ. 15. ibid.

---

## Appendix ad hunc ſupradictum *Tractatum 5. de Capitulo Sede vacante hujus Tom. 3.*

*An mortuo Epiſcopo, ſi caſus reſervati ſint per ſtatutum, & Synodalem Diœceſanam, aut qui jure, vel conſuetudine ipſi Epiſcopo reſervantur, an abſolutio petenda ſit à Capitulo Sede vacante, vel à Succeſſore?* Ex p. 4 tr. 4. ex reſ. 108. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 5. de Reſervatis reſ. 68.

*An facultas remittendi interſtitia conceſſa Epiſcopo ex cauſis tranſeat ad Capitulum Sede vacante, ſeu in ejus Vicarium?* Ex p. 4. tr. 4. ex reſ. 209. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis reſ. 92.

*An Ordinati cum dimiſſoriis Capituli Sedis vacantis infra annum incurrant in ſuſpenſionem? Et alij quatuor caſus explanantur pro Capitulo Sede vacante, & pro dimiſſoriis & ordinibus in tempore Sedis vacantis.* Ex part. 5. tract. 10. ex reſ. 46. *Quæ hic eſt* in tom. 5. tr. 3. de Suſpenſ. reſ. etiam 46.

*An irregularitas ex defectu natalium occulta poſſit diſpenſari à Capitulo Sede vacante ad majores Ordines, Beneficium ſimplex, & ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum, & in dimidiis portionibus, & inferioribus beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, &c. Et an Monachus, vel Religioſus illegitimus poſſit elegi in Vicarium Capituli Sede vacante? Et an Vicarius Capituli Sede vacante habeat poteſtatem delegatam, vel ordinariam?* Ex p. 4. tr. 2. ex reſ. 64. & in p. 10. tr. 11. ex reſ. 24. & in tr. 15. ex reſol. 30. & 31. *Quæ hic ſunt ſupra in hoc ipſomet* tom. 3. tr. 3. de Epiſcopis reſ. 64. 66. 94. & 92.

*An Capitulum Sede vacante committere poſſit alteri Epiſcopo, ut Clericum propriæ Eccleſiæ, vel Diœceſis ſacris initiatum Ordinibus conſecret?* Ex p. 12. tr. 1. ex reſ. 68. *Quæ nunc invenietur* in tom. 4. tr. 8. de Conſecratione Epiſcopi reſ. etiam 68.

*An Capitulum Sede vacante habeat poteſtatem condendi* leges

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

leges pro tota ſua Diœceſi ? Et an poſſit leges latas ab Epiſcopo prædeceſſore abrogare ? Et an Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, etiam vivente Epiſcopo, poſſit abſque ejus conſenſu leges & ſtatuta ferre obligantia ſuos Capitulares in his, quæ pertinent ad rectam, & Ordinariam gubernationem ? Ex p.11. tr.3. ex reſ.24. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tr.1. de Legibus reſ.19.

*An ut Epiſcopus poſſit etiam Vicarius cap. Sede vacante punire Regulares prædicantes in Eccleſiis ſine licentia & benedictione ? Et an poſſit ſuſpendere, & ordinare, ne aliquis Religioſus amplius prædicet, vel poſſit revocare Confeſſores Regulares, & examinare ? Et notatur, quod in ſolo caſu hæreſis poſſit capitulum Sede vacante ſuſpendere prædicationem Regularibus.* Ex part. 7. tract.12. ex reſol.26. & 27. & in p.8. tract. 7. ex reſol.94. *Quæ hic ſunt* in tom.7. tract.1. de Regularibus reſ.62.63. & 82.

*An beneficia ſimultaneæ Collationis Epiſcopis & Capitulo, vacantia in menſe Apoſtolico, à Cardinali ſimul cum Capitulo provideri debeant ; & quid in beneficiis alias reſervatis ?* Ex p.5. tract.2. ex reſ.26. *Quæ nunc invenietur* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus reſ.56.

*An Vicarius Capituli Sede vacante habeat facultatem, quam habet Epiſcopus, & judicare, an reus debeat gaudere Immunitate Eccleſiarum, necne ?* Ex p.6. tract.1. ex reſol. 30. §. Quæro primo, *Quæ hic reperietur* in tom.9. tr.1. de Immunitate Eccleſiæ reſ.118.

## TRACTATUS VI.

### De Horis Canonicis ; Atque de aliquibus reſtitutionibus pro omiſſione, vel defectibus commiſſis in earum recitatione, pag 417.

1. *AN Papa teneatur ſub mortali ad recitandum Horas Canonicas, & ad confeſſionem ſacramentalem ſemel in anno, &c.* Ex p.6. tr.7. & Miſcell. 2. ex reſ.3. *Quæ hic eſt* in tom.1. tract.3. de Pœnitentia reſ.48. ibid.

2. *An Cardinalatus inducat obligationem recitandi Horas Canonicas ? Et à quo tempore Cardinalatus inducat ſupradictam obligationem recitandi Horas Canonicas, an à die, quo Cardinalis ſumit Biretum, vel à die, quo ſumit Pileum rubeum ? Ex quo infertur Beneficiarium non teneri perſolvere Horas Canonicas à die Collationis beneficij, ſed à die poſſeſſionis adeptæ. Etiamque deducitur, quod diſtributiones poſſint dari propter laborem, & per conſequens expendi poſſunt à Beneficiario, & Cardinali ad libitum, & teſtari de his, & tamen obligare ad Officium Divinum, & ab eo non excuſatur Beneficiatus, qui non vult reſidere, & ideo fructus non recipit. Et docetur, quod quamvis Præſtimonia propriè non ſint beneficia, non tamen ſequitur, nec eſt probabile ad Officium Canonicum non obligare.* Ex p.8. tr.7. & Miſc. reſ.1. ibid.

3. *Vtrum Clerici minores teneantur recitare Pſalmos, quos Epiſcopus in Ordine injunxit ? Et an Epiſcopus poſſit præcipere dictis Clericis aliquid ſingulis diebus recitandum ?* Ex p.2. tract. 12. reſ.20. pag. 419.

4. *An Beneficiarius teneatur perſolvere Horas Canonicas ſtatim ac beneficij Collationem acceptavit ?* Ex part. 2. tract.12. reſ.21. ibid.

5. *An Beneficiarij, ſi per paucos dies omittatur recitare Horas Canonicas, excuſentur non ſolum à reſtitutione, ſed etiam à peccato mortali ? Ex quo deducitur, quod quamvis Beneficiarius non recitans Officium Divinum in primis ſex menſibus excuſatur à reſtitutione fructuum, hoc non obſtante peccat mortaliter à primo die, ſi non recitat quotidie Officium Divinum. Et docetur, quod verbum ſtatuimus, eſt ſignum inductionis novi juris.* Ex part. 11. tract. 1. & Miſcell. 1. reſol. 7. ibidem.

6. *An Clericus habens Capellaniam cujus fructus dempta eleemoſyna pro Miſſis, ad quas tenetur, paucos perciperet, teneatur perſolvere Horas Canonicas ?* Ex p.9. tr.7. & Miſc. 2. reſ.8. p.421.

7. *Petrus habebat beneficium perexiguum, & tenue, & relinquebat ſæpius recitationem Horarum Canonicarum, quæritur, an peccaverit, & teneatur ad reſtitutionem ? Et quid, ſi quæras, quodnam cenſetur tenue beneficium, ut quis ratione fructuum illius non teneatur recitare Horas Canonicas, nec fructus reſtituere ? Et an ſaltem in prædicto caſu diebus Feſtis, & Dominicis teneatur Officium Divinum recitare ?* Ex p.2. tr.12. reſ.9. p.422.

8. *An in fructibus beneficij detur parvitas materiæ, itaut non conſurgat obligatio recitandi Horas Canonicas ?* Ex p.5. tr.5. reſ.25. ibid.

9. *An dubius ob tenuitatem beneficij de onere recitandi Officium Divinum, teneatur recitare ?* Ex p.4. t.3. r.24. p.423.

10. *An ſi quis recipiat beneficium per Simoniam, vel ſit irregularis, teneatur dicere Horas Canonicas ? Et quæ quantitas redditunm beneficij obliget ad Horas ?* Ex p.4. tr.4. & Miſcell. reſ.146. ibid.

11. *An Prælati Regulares ratione Officij teneantur ad aſſiſtentiam Chori ?* Ex p.2. tr.12. reſ.38. ibid.

12. *Vtrum Moniales, ſeu deputati ad Chorum teneantur ſub onere peccati mortalis perſolvere Horas Canonicas ? Et an hoc ex vi conſuetudinis ad culpam mortalem obligantis ?* Ex p.2. tr.12. reſ.17. ibid.

13. *An Moniales extra Chorum teneantur recitare Horas Canonicas ?* Ex p.3. tr.2. reſ.96. p.424.

14. *An Moniales teneantur ſub onere peccati mortalis perſolvere Horas Canonicas ? Et idem quæritur de Religioſis profeſſis Ordinibus ſacris non initiatis. Et an conſuetudo perſolvendi Horas Canonicas à Monialibus obligatoria ſit ?* Ex p.9. tr.6. & Miſc. 1. reſ.7. ibid.

15. *An Religioſi nondum in Sacris conſtituti, quando à Choro abſunt, teneantur Officium recitare ? Vbi multa de conſuetudine circa hoc diſcutiuntur. Et an poſſint Moniales introducere conſuetudinem, quæ apud ipſas habeat vim legis circa hoc ? Et an in parvis Conventibus ad manus requirantur quatuor pro cantandis Horis Canonicis in Choro ? Et an verò, quando Regulares eſſent quatuor, nullo modo à recitatione Horarum in Choro excuſentur, ſicut Beneficiarij Collegiati ?* Ex p.6. tr.8. & Miſc. 3. reſ.12. p.426.

16. *An Regularis non in Sacris conſtitutus ex licentia Superioris, vel ſine illa manens extra Monaſterium, quæritur, an dicto tempore teneatur Horas Canonicas perſolvere ? Idem eſt dicendum de Apoſtata, fugitivo, ejecto ad tempus, vel in perpetuum. Et an ſaltem, ſi ſemel, iterum, aut tertio ſupradicti Religioſi omittant Officium Divinum, peccent mortaliter ?* Ex part.7. tract. 11. & Miſc. 2. reſ.4. ibid.

17. *An Religioſi ſacris Ordinibus non initiati teneantur perſolvere Horas Canonicas, ſi non interſunt Choro ? Idem eſt de Monialibus. Et multa quidem diſcutiuntur in textu hujus Reſolutionis pro infirmanda hac conſuetudine ; & alia multa pro confirmanda hac obligatione. Et an Religioſus non in Sacris tranſiens ad Religionem, in qua non eſt conſuetudo recitandi Officium Divinum in Choro non adſtringatur ad recitationem illius, quamvis in prima Religione ad eam teneretur ? Et an Subdiaconus ex vi conſuetudinis tantum teneatur ſub mortali ad recitandum Officium Divinum ?* Ex p. 10. tract. 11. & Miſc. 1. reſ.45. pag.427.

18. *An privilegium Eugenij IV. conceſſum Benedictinis, & Greg. XIII. Patribus Societatis, ut eorum profeſſi nondum in Sacris conſtituti non teneantur perſolvere Horas Canonicas ſit communicabile aliis Religionibus? Et deducitur, an Moniales, & profeſſi Religionum nondum in Sacris Ordinibus initiati ſint adſtricti ad perſolvendum Horas Canonicas ex conſuetudine?* Ex p.11. tr.3.& Miſc.3. reſ.17. p.429.

19. *An Communitas Religioſorum teneatur quotidie publicè in Choro canere Horas Canonicas ſub onere peccati mortalis? Et an prædicta obligatio ſit ſub culpa mortali; an verò tantum ex regula, itaut non excedat communem obligationem Regulæ? Et an ſaltem ex conſuetudine ad id teneatur Communitas Regularium ſub peccato mortali, quamvis interdum ex juſta cauſa poſſit hoc onus, & conſuetudo diſpenſari? Et an iſta obligatio communis obliget ſingulos, quando non ſolum ſubditi, ſed etiam ipſe Prælatus eſſet adeo negligens, ut omitteretur publica divini Officij recitatio in Choro ex defectu Miniſtrorum? Et an non excuſentur à mortali illi Religioſi, ex quorum abſentia in Choro Eccleſiaſticum Officium notabile damnum, ſeu magnam jacturam pateretur? Et deducitur, quod conſuetudo nunquam vim habet obligandi in conſcientia, niſi ſit de conſenſu illius, qui poteſt legem condere, & niſi ſit introducta hac intentione obligandi.* Ex p.10. tr. 14. & Miſc.4. reſ.3. p.430.

20. *An Religioſus, ſi ex conſuetudine non recitat Horas Canonicas in Choro, peccet mortaliter? Et an obligatio canendi in Choro per ſe, & directè ſigillatim ſingulas perſonas afficiat?* Ex part. 3. tractat. 2. reſolut. 18. pag. 432.

21 *An ſoli Novitij poſſint ſatisfacere præcepto ſolvendi Horas Canonicas in Choro, quod eſt quærere, an ſoli Novitij faciant corpus communitatis?* Ex p.7.tr.11. & Miſc.2.reſ.5. p.433.

22. *An Regulares, vel Canonici ſæculares ſatisfaciant obligationi pſallendi in Choro, ſi canant in Sacriſtia ex aliqua juſta cauſa? Et difficultas eſt, ſi hoc licitum ſit fieri, quando Sacriſtia non eſt juncta cum Eccleſia, vel non habet feneſtram verſus Altare majus?* Ex p.6. tr.8. & Miſc.3.reſ.13.ibid.

23. *An qui Subdiaconatum ſuſcipit, teneatur ordinationis die Officium totum recitare? Idem eſt dicendum de illo qui emiſit profeſſionem hora undecima ante meridiem. Et quid eſt dicendum, ſi antequam quis Subdiaconatum accipiat, vel profeſſionem emiſerit, omnes Horas illius diei recitavit, an ſatisfaciat obligationi ſupervenienti? Et an ſit probabile, cum Epiſcopus ordinandis injungit aliquos Pſalmos, & Litanias recitare, nolle ſub gravi culpa obligare, ſed ex quadam honeſtate, & decentia tantum.* Ex part. 4. tract. 4. & Miſcell. reſolut. 218. ibidem.

24. *An Religioſus, ſeu Clericus, qui mane antequam profeſſionem acciperet, vel Subdiaconatum ſuſciperet, recitavit Officium, teneatur, hoc non obſtante illud iterum recitare;* Ex p.6. tr.7. & Miſc.2. reſ.38. p.434.

25. *An qui vovit recitare Officium Sancti particularis in die, quo debet recitare de altero Sancto, teneatur duo Officia recitare? Et an ſi alicui deficiat Breviarium Romanum, poſſit, imo debeat recitare per alium approbatum, quod præ manibus habet, etiamſi brevis ſit?* Ex p.9. tr.9.& Miſc.4. reſ.25. ibid.

26. *An qui detinetur in pulſandis organis, vel transferendis libris ex una parte ad alteram, vel thure præbendo, &c. teneatur per ſeipſum illam partem recitare, ſi ſaltem non audierit? Idem eſt dicendum de eo, qui ut bene pronunciet Lectionem in Choro injunctam, occupatur, dum Chorus canit in ea perlegenda, an excuſetur ab auditione, aut recitatione eorum, quæ tunc à Choro dicuntur?* Ex part.2. tract.12. reſ.13. ibid.

27. *An Coadjutoria cum futura ſucceſſione inducat obligationem recitandi Horas Canonicas?* Ex p. 5. tract. 13. & Miſc.1. reſ.75. p.435.

28. *An qui habet Officium, cum quo conſiſtere non poteſt Horarum Canonicarum lectio excuſetur ab earum recitatione?* Ex part. 7. tract.11. & Miſcell. 2. reſolut.1. ibidem.

29. *An Concionatores quotidiani tempore Quadrageſimæ excuſentur à recitatione Horarum Canonicarum? Et quid eſt dicendum de illo, qui habet actionem continuam Juſtitiæ? Officium docendi publicè, & de Doctore, qui in Concurſu Cathedræ habiturus eſt publicam lectionem; vel de eo qui ſubvenit proximo ægrotanti, aut patienti gravem dolorem; & de illo, qui tota die occupatus eſt in ſedando populi tumultum; vel in componendis gravibus inimicitiis? Et an pro his, & ſimilibus caſibus poſſit omitti præceptum audiendi Sacrum? Et an in omnibus ſupradictis caſibus, ſicut in eis à peccato recitandi Horas Canonicas neceſſitas excuſat, ſic etiam ab obligatione reſtituendi fructus, & ſecus tamen quoad diſtributiones? Et quid de Confeſſario audiente confeſſiones per totum diem? Et quid, ſi dictus Confeſſarius ſit Regularis, an excuſetur ab obligatione recitandi Officium? Et infertur an Concionator excuſetur à jejunio, ſi tantum ter in ſeptimana concionetur; imo excuſetur à jejunio præcedentis diei, ſi intra annum prædicet, & etiam ſi concionetur propter ſtipendium?* Ex part. 10. tract.11. & Miſcell.1. reſolut. 32. pag.436.

30. *Utrum Monachus fugitivus teneatur recitare Officium Divinum? Eadem ſententia eſt etiam quoad Monachum ejectum à Monaſterio ad tempus, vel in perpetuum.* Ex part.2. tract.12. reſ. 18. p.437.

31. *Utrum Clerici, vel Religioſi damnati ad triremes teneantur dicere Horas Canonicas? Et an hoc etiam intelligendum ſit de Clericis ſuſpenſis, interdictis, & excommunicatis?* Ex part. 2. tractat. 12. reſolut. 40. ibidem.

32. *An Surdus teneatur recitare Horas Canonicas? Et ſi ſimul fuerit captus oculis & auribus, tunc neque cum ſocio, neque ſecum ſolus quidquam dicere teneatur, niſi quod memoria novit, ſi quidem illud fuerit major pars Divini Officij?* Ex part. 5. tractat. 6. reſol. 15. ibidem.

33. *An Canonicus ſurdus, vel Religioſus ſurdaſter aſſiſtens Choro, & cum aliis Divinum Officium recitans ſatisfaciat ſuæ obligationi, etiamſi partem, quam non percipit, non repetat? Et ſupponitur, quod ſurdus, qui poteſt legere, tenetur recitare, ſive ſe audiat, ſive non. Et infertur ſurdum non poſſe dicere Horas Canonicas cum ſocio, ſi illum non intelligit. Et notatur ſurdum non aſſiſtentem Choro gaudere diſtributionibus quotidianis. Et an cæci deobligentur à recitatione Divini Officij? Et quid, ſi memoria ſciat Horas, aut cum ſocio poſſit recitare? Et an Regularis cœcus teneatur ſub mortali aſſiſtere Choro, ſi poſſit alternatim dicere Officium? Et an Beneficiarius cœcus, qui ſufficientes colligit fructus ex beneficio, teneatur conducere ſocium ad recitandum, ſi cum eo poſſit recitare, non verò ſolus? Et an cœcus qui non poteſt recitare majorem partem Officij, teneatur recitare minorem, quam poteſt? Idem eſt de quolibet alio habente aliud impedimentum.* Ex p.9. tr.9. & Miſc. 4. reſ.28.ibidem.

34. *An cœcus ſit adſtrictus Horas Canonicas recitare? Et quid, ſi memoria teneat majorem partem Officij; an ſit obligatus ad illud dicendum?* Ex part. 5. tr.6. reſ. 16. p. 439.

35. *An cœci, vel ita oculis caligantes, ut legere nequeant, teneantur Horas perſolvere, ſi illas memoriter ſciunt? Et an ſaltem teneantur recitare aliquid loco illius, vel adhibere ſocium in recitatione Horarum?*

*Et quid, ſi cœcus nihil ex Horariis precibus memoria te-net, vel ſaltem per parum? Et an ſi eſſet Beneficiarius cœcus, & omitteret Horas, licet memoriter ſciat non teneatur ad reſtitutionem fructuum?* Ex part. 4. tractat. 4. & Miſc. reſ. 11. ibidem.

36. *An Sacerdos cœcus, qui ſolus non poteſt perſolvere Horas Canonicas, poſſet tamen alternatim cum ſocio, ſi illum ad manus habet, teneatur adhibere? Et an ſi Petrus non habet librum, in quo legat Horas, novit autem aliqua memoriter, ita tamen, ut non poſſit ſatisfacere, offert ſe ſocius, qui omnia ſcit memoriter, quod ſi Petrus cum illo recitare velit, poſſit exactè ſatisfacere, quæritur, an teneatur cum illo ſocio recitare Officium? Et quid, ſi antea ſemper recitaverit cum ſocio?* Ex part. 7. tractat. 11. & Miſcell. 2. reſolut. 3. pag. 440.

37. *An ſi aliquis impotens ſit ad recitandum Officium ſolus teneatur cum ſocio recitare? Et quid, ſi antea ſemper recitabat cum ſocio? Et an verò, in tali caſu teneatur ſaltem Beneficiarius quærere ſocium cum ſtipendio?* Ex part. 4. tractat. 4. & Miſcell. reſolut. 221. ibidem.

38. *An qui non poteſt ratione infirmitatis recitare Horam Canonicam tempore debito, teneatur illam recitare præponendo, vel poſtponendo?* Ex p. 4. tract. 4. & Miſc. reſol. 10. pag. 441.

39. *An infirmus, qui non poteſt recitare Horas ſtatutis temporibus, teneatur poſtea recitare? Idem eſt dicendum de habente inexcuſabilem occupationem; & de iteragentibus. Et ſi quis in morbo, vel in dubio petat diſpenſationem à Prælato, & ipſe concedat, licet à meridie convaleat, & à febri liberetur, non teneatur Horas perſolvere?* Ex part. 7. tract. 11. & Miſcell. 2. reſol. 14. ibidem.

40. *An æger, qui poteſt recitare majorem partem Officij, teneatur illam perſolvere? Et an qui non poteſt recitare Matutinum cum Laudibus, ad nihil teneatur?* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 29. p. 442.

41. *An infirmus, qui non poteſt recitare totum Divinum Officium, teneatur recitare partem?* Ex p. 7. tr. 11. & Miſc. 2. reſ. 13. ibid.

42. *An infirmus, qui non poteſt recitare majorem partem Officij, verbi gratia, Matutinum cum Laudibus, teneatur recitare minorem, quam poteſt, ut Horas, verbi gratia. Et an quis non obligetur recitare Matutinum, ſi impotens eſt recitare Lectiones, quia habet Diurnum, & caret Breviario, vel viſu, aut alia de cauſa, quod tamen de Officio novem Lectionum intelligendum eſt, non autem de Officio trium Lectionum, quia defectus videtur parvulus?* Ex part. 4. tract. 4. & Miſc. reſol. 225. ibidem.

43. *Ad quid teneatur, ſi dubius quis eſt, an poſſit majorem partem Officij recitare? Et quid, ſi Medicus dubius etiam eſt, an graviter ſit nocitura recitatio?* Ex part. 4. tr. 3. reſ. 67. ibid.

44. *An quando Medicus dubitat, ſi propter timorem gravis damni teneatur infirmus dicere Horas Canonicas, an ipſe æger illas perſolvere ſit obligatus? Et an in dicto caſu recurrendum ſit ad Superiorem pro diſpenſatione?* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 28. p. 443.

45. *An perſolvere Horas Canonicas in loco, ubi naturæ debitum redditur, ſit peccatum veniale? Et an qui privatim recitant, communiter non teneantur ad recitandum flexis genibus, vel ſtando, quieſcendo, vel ambulando, aut equitando, &c. ſed poſſint recitare, ut voluerint, habita ſolum ratione reverentiæ? Et docetur omnes Rubricas, quæ habentur pro audienda Miſſa, & recitatione Officij divini, flexis genibus, capite diſcooperto, & inclinato, vel ſtando, vel ſurgendo, vel hoc, aut illo modo maximè præcipi pro recitatione publica, & Miſſa ſolemni propter ſignificationem Myſteriorum, in quorum memoriam ſunt inſtitutæ hujuſmodi cæremoniæ; & debent communiter ſervari in recitatione privata, quamquam, ſi in hac omitterentur ex aliqua cauſa, & ſine contemptu, nullum eſt peccatum ex eo; quod prædictæ Rubricæ propriè non habent vim legis aut præcepti, ſed ſolius directionis, & Regulæ, ut Officium magis piè, & religiosè dicatur. Et quæritur, an qui recitat Officium divinum privatim, ſatisfaciat, ut vocem formet, movendo tantum labia, etiam ſi à ſeipſo non audiatur, nec audiri poſſit? Et docetur, quid requiritur, ut ſit vox? Et an ſit neceſſarium verba formare, vel ſatis ſit dicere verba omnia mentaliter?* Ex p. 10. tract. 11. & Miſc. 1. reſ. 33. ibid.

46. *Qui incipit recitare Officium animo non ſatisfaciendi pro tunc, ſed poſtea iterando, & tamen pertæſus poſtea vult ſatisfacere illa prima recitatione, quæritur, an ſatisfaciat obligationi cum illa prima recitatione? Idem eſt de auditione Miſſæ, & de pœnitentia à Confeſſario injuncta. Et an teneatur poſtea mutare intentionem, intendendo ſatisfacere Officio priori, vel ſatis ſit, ſi ſe ſatisfeciſſe ſciat, non obſtante ſua contraria voluntate;* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 37. p. 444.

47. *An Clerici, Religioſi, &c. recitantes Horas Canonicas ſine attentione ſaltem virtuali ſatisfaciant obligationi, & præcepto Eccleſiæ lato* in cap. Dolentes? *Et an ſi quis cum voluntaria diſtractione recitat Horas Canonicas, impleat præceptum, & conſequenter non peccet mortaliter, neque teneatur repetere, aut fructus beneficij reſtituere? Et doctrina hujus quæſtionis applicanda eſt etiam in auditione Miſſæ in die feſto.* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 2. pag. 445.

48. *An ſiquis recitet Horas Canonicas, & audiat Miſſam ſine interna attentione, ſatisfaciat præcepto? Et an talis poſſit abſolvi, etiam ſi emendationem non proponeret? Et an qui voluntariè diſtractus recitat Horas, impleat præceptum, & non teneatur repetere, neque fructus beneficij reſtituere? Et quid, ſi careat attentione extrinſeca ex inadvertentia? Idem totum eſt dicendum de auditione Miſſæ?* Ex part. 7. tract. 11. & Miſcell. 2. reſ. 30. p. 446.

49. *An qui recitat Horas Canonicas lingua Italica, Hiſpanica, aut alia vulgari ſine cauſa, peccet mortaliter? Idem eſt, quando obligatio oritur ex voto, aut pœnitentia Confeſſoris. Et quid, ſi recitaret Officium Divinum lingua Hebraica, vel Græca? Et curſim infertur, quod licentia celebrandi Miſſam vulgari lingua non conceditur niſi à Papa, & ex gravi neceſſitate. Et advertitur, quod ſi quis pro arbitrio notabiliter mutaret in Sacrificio Miſſæ veſtes ſacras quoad ſolum colorem, vel quoad ſolam formam peccat mortaliter.* Ex part. 9. tract. 7. & Miſc. 2. reſolut. 67. pag. 447.

50. *An qui recitat Officium cum notabili abſciſſione ultimarum ſyllabarum, peccet mortaliter, & teneatur denuo recitare? Et an qui cum eo recitat Officium, ſatisfaciat ſuo muneri, vel teneatur repetere? Et quid eſt dicendum de nimia acceleratione in canendo? Et an cenſeatur aliquid mittere, qui alternatim legens, aut cantans cum aliis ſui Chori verſus integrè recitat, & alterius verò auſcultat, ſi modo ſuos non inchoet, priuſquam alter finierit? Et quid, ſi ſecus faciat, &c.* Ex part. 2. tract. 12. reſ. 32. pag. 448.

51. *An qui privatim Divinum Officium recitat, debeat illud ita pronunciare, ut ſeipſum audiat?* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 11. ibid.

52. *An qui privatim recitat divinum Officium, ſufficiat vocem formare labia movendo, etiamſi à ſeipſo audiri non poſſit?* Ex p. 6. tr. 7. & Miſc. 2. reſ. 10. ibid.

53. *Cum qua voce quis ſatisfaciat præcepto recitandi Horas Canonicas?* Ex p. 7. tr. 11. & Miſc. 2. reſ. 16. p. 449.

54. *An Regulares ſatisfaciant præcepto, ſi privata recitatione perſolvant horas Canonicas mentaliter? Et quid de dicenda Miſſa mentaliter, excepta conſecratione?* Ex p.8.tr.7. & Miſc. reſ.58.ibid.

55. *An Regulares ſatisfaciant præcepto recitandi Horas Canonicas, ſi illas tantum mentaliter dicant? Et an hoc idem dicendum ſit de partibus Miſſæ cantatæ, quos Sacerdos, ſubmiſſa voce, legere per Rubricas debet?* Ex p.10.tr.11. & Miſc.1.reſ.[illegible] p.450.

56. *Reprobantur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum. Primo, an Regulares ſatisfaciant præcepto recitandi Horas Canonicas, ſi illas tantum mentaliter dicant? Ex quo infertur, quid eſt ſentiendum de obligatione ex voto, & pœnitentia à Confeſſario injuncta, an poſſit ſolvi tantum mentaliter; quod idem eſt dicendum de recitatione Miſſæ, ſecluſis verbis conſecrationis? Secundo, an omiſſio Officij divini per tres vices in anno non conſtituat peccatum mortale? Tertiò, an ſit certum, quod Regulares ſacris Ordinibus minimè initiati teneantur privatim ſolvere Horas Canonicas? Quartò, an obligentur Regulares ſub mortali ad Chorum, ſi ex ſua abſentia noverint Chorum pati? Quintò, an Chorus non exiſtat tantum cum duobus, ſed ad minus quatuor, vel tres neceſſarij ſint? Sextò, an in Choro poſſint anticipari, vel poſtponi Horæ Canonicæ extra tempus illud, quod ab Eccleſia præſcriptum eſt?* Ex p. 11. tract. 2. & Miſcel. 2. reſolut. 10. p. 452.

57. *An qui recitat ſolus omnes Pſalmos, & poſtea vocat ſocium, & ab illo auſcultat novem lectiones, ſatisfaciat præcepto? Idem eſt, ſi quis recitat medietatem Matutini, & aliam medietatem audit à Socio, vel ſi recitet integrum Matutinum, & Laudes, & poſtea audiat Horas, & reliqua à ſocio. Et quid, ſi duo Religioſi ſimul recitant Pſalmos Matutini alternatim, & poſtea novem lectiones omnes illius audiunt à tertio vocato ad hunc effectum, quia ſi tres Religioſi ſimul Officium recitant, tres veluti Choros efficientes, Doctores communiter negant hoc poſſe fieri? Et quid eſt dicendum, ſi in Choro recitentur omnes novem lectiones Matutini ab his, qui alioquin nullo modo canunt Pſalmos, an reliqui intereſſentes Choro, qui recitant Pſalmos, dici poſſe non ſatisfacere ſuæ obligationi? Et quid, ſi in recitatione Veſperum, unus recitat unum Pſalmum integrum, & alius alium?* Ex p.9.tract.7. & Miſc.2.reſ.38. pag. 452.

58. *An qui privatim divinum Officium perſolvunt, debeant alternatim lectiones recitare, vel ſatisfaciant, ſi unus tantum illas recitet, & alter ſocius tantum audiat?* Ex parte 2. tract. 12. reſ.12.pag.453.

59. *An ſi quis recitet cum ſocio privatim, vel in Choro, teneatur audire partem ſocij? Et quid, ſi aliquis ſuam partem canit, & percipere non poteſt, quam alius Chorus canit, quamvis attendat, an ſatisfaciat obligationi Chori, & poſſit diſtributiones integras percipere? Et in dicto caſu, an quis debeat privatim ſupplere; quæ non percipit? Et quid de Surdo, qui alios canentes in Choro non intelligit, nec eos ſequi poteſt? Et tandem quæritur, an qui cum notabili abſciſſione Syllabarum ita profert verba, ut tamen retineant ſuam ſignificationem, adimpleat præceptum? Et quid de ſocio cum tali Officium perſolvente?* Ex p.7.tr.11. & Miſc.2. reſ. 6. ibid.

60. *An qui cum ſocio privatim, vel publicè recitat teneatur audire partem ſocij? Ex quo deducitur, an teneatur ſe audire, cum ſolus quis recitat? Et an ſurdus ſatisfaciat præcepto dicendi Officium divinum, ſi recitat cum ſocio, quem non audit?* Ex parte undecima, tractatu 1. & Miſcell. 1. reſolutione ſexta, pagina 454.

61. *In qua hora poſſit quis dicere Matutinum ſequentis diei?* Ex parte ſecunda, tractatu 12. reſolutione 39. pag. 455.

62. *An hora ſecunda finita poſt meridiem, recitato Veſpere, poſſit quis recitare Matutinum ſequentis diei? Et quid eſt dicendum, quando Veſperæ in Quadrageſima recitantur ante meridiem? Et quid, quando quis recitat hora ſecunda poſt meridiem Matutinum ſequentis diei, ſi nondum recitaſſet Veſperas, & Completorium diei hodiernæ? Et an hora competens perſolvendi omnes Horas, debet ſumi punctualiter, vel parum ante Horam præfixam Chori, vel parum poſt; Et an hoc parum ante, vel poſt ſit dimidia hora, aut tres quadrantes, & ad ſummum unica hora? Et an ſit immunis à culpa Scholaſticus, ſi differat Horas in Veſpertinum tempus?* Ex part. 4. tractat. 4. & Miſc. reſ. 9. ibidem.

63. *An ſi quis recitat Matutinum ſequentis diei, antequam Officium illius diei perſolutum fuerit, peccet mortaliter, & non ſatisfaciat præcepto?* Ex p. 2. tract. 12. reſ.15.p.456.

64. *An ſit culpa venialis recitare Matutinum, & Laudes abſque juſta cauſa hora tertia. vel quarta poſt meridiem? Et an non requiratur alia juſta cauſa præter conſuetudinem? Et an Matutinum cum Laudibus poſſit recitari hora ſecunda poſt meridiem? Et an ſit culpa venialis recitare Officium privatum extra tempora, & horas præſcriptas?* Ex part.10.tr.16.& Miſc.6. reſ.47. alias 46. ibidem.

65. *An privilegium obtentum, ut quis poſſit dicere Matutinum ſequentis diei ſtatim poſt meridiem, extendatur ad ſocium? Et aliqua alia ſimilia dubia enucleantur circa privilegia conceſſa pro aliis diverſis caſibus ſæpe contingentibus. Et inter alia privilegia deducitur privilegium conceſſum Religioſo ad ingrediendum Monaſteria Monialium extendi ad ſocium. Et privilegium conceſſum Sacerdoti, ut poſſit celebrare Miſſam tempore interdicti, & ceſſationis à Divinis extendi ad Miniſtrum ſervientem. Et alia privilegia hujuſmodi.* Ex part. 10. tractat. 13. & Miſcell. 3. reſol. 4. pag. 457.

66. *Adducuntur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum. Sed jam ferè omnes difficultates in hoc ordine, & nova Methodo appoſitæ ſunt iterum in hoc tractatu in ſuis ſpecialibus Reſolutionibus. Sed ſupereſt difficultas, an quis adimpleat præceptum recitandi Officium hodiernum paulo ante mediam noctem diei ſequentis, ſi ipſum proſequatur poſt completam mediam noctem? Ex quo infertur, quod Sacerdos licitè poteſt expectare ad incipiendam Miſſam paulo minus ante meridiem, etiamſi prævideat ſe eam non poſſe finire niſi plus poſt meridiem. Et docetur, quod qui complet annum vigeſimum primum, mane hora nona alicujus Vigiliæ, non tenetur, etiamſi poſſit, ad jejunandum in illa die. Et advertitur anticipationem Horarum Canonicarum abſque ulla juſta cauſa neque peccatum veniale eſſe.* Ex part. 10.tract.11. & Miſc. 1.reſolut. 16. pag.458.

67. *Quæritur, an aliquis peccet mortaliter, ſi officium divinum recitet cum notabili interrumptione inter Pſalmos ejuſdem Horæ, vel Nocturni, vel inter Pſalmos? Et quid, ſi ſine juſta cauſa interruptio duret per unam, aut duas Horas?* Ex part. 2. tractat. 12. reſolutione 4. pag. 460.

68. *Aliæ opiniones afferuntur circa recitationem Officij divini. Et primò quæritur, an in matutinis Vigiliæ Nocturnæ pluſquam per triginta horas inter ſe ſine cauſa abſque lethali culpa dici poſſint, & ita recitantes Divino Officio, & præcepto ſatisfacere valeant, & non teneantur repetere die ſequenti vigiliam nocturnam, vel vigilias nocturnas, quas ab hora ſe-*


*cunda*

cunda diei antecedentis recitavit? Et an hoc admittatur non ſolum de magna Nocturnorum inter ſe, ſed etiam de interruptione inter Pſalmos, & alias ejuſdem Horæ partes? Et ſupponitur, quod aliqui admittunt poſſe ſingula Matutini Nocturna ſeorſim per aliquod tempus abſque lethali culpa recitari; puta hoc fieri poſſe intra ſpatium trium horarum. Secundò, an Lectiones in Matutino dividi poſſint à Pſalmorum recitatione per quodcunque temporis ſpatium, etiam à ſecunda hora poſt meridiem unius diei ad undecimam noctis diei ſequentis ſine culpa lethali? Tertiò, an ille, qui per errorem, aut oblivionem de Feſto duplici, vel ſemiduplici die proprio non recitavit, recitare poſſit de eo die prima non impedita Officio novem Lectionum? Sed quid faciendum eſt, ſi hodie recitavit de Feſto, de quo die ſequenti, vel ſequentibus recitaturus erat? Et quid, ſi roges, de quo recitandum ſit in die hujus Sancti, vel Feſti, de quo jam anticipatè recitatum eſt? Quartò docetur poſſe Mendicantes, & qui illorum privilegiis gaudent, celebrare Miſſam, & Officium recitare de Sanctiſſimo Sacramento in quintis Feriis etiam Adventus & Quadrageſimæ. Et etiam celebrare, & dicere Officium de Conceptione Beatæ Virginis in Sabbathis novem lectionibus non impeditis, & hæc omnia procedere quoad Moniales omnes tam exemptas, quam non exemptas, ſed ſub Epiſcoporum regimine viventes. Quintò quæritur, an inſtitui poſſit Capellania, quæ ſit verè beneficium Eccleſiaſticum cum conditione expreſſa à Fundatore, ut Capellanus non teneatur Divinum Officium recitare? Sextò notatur, ut quis poſſit recitare Matutinum poſt Veſperas nullam ſpecialem cauſam requiri præter conſuetudinem, quia hæc eſt ſatis pro cauſa. Tandem obſervatur poſſe Horas Canonicas abſque culpa veniali dici etiam in latrinis, ubi venter exoneratur. Ex p.10. tr.11. & Miſc.1. reſ.17. ibid.

69. Utrum, ſi quis invertat Ordinem Officij, vel Ordinem ejuſdem Horæ, peccet mortaliter? Idem dicendum eſt de illo, qui invertit Pſalmos? Et quid eſt ſentiendum, ſi aliqui in Choro invertant Ordinem Horarum? Ex p.2. tr.12. reſ.16. p.462.

70. An quando Matutinum ſeparatur à laudibus, in fine recitanda ſit Oratio diei? Et an verò peccet venialiter, qui ſine juſta cauſa Matutinum à Laudibus ſejungit? Ex p.5. tr. 14. & Miſc.2. reſ.48. ibid.

71. Utrum recitantes Officium extra Horas præſcriptas peccent mortaliter? Et an cum cauſa neque venialiter peccent? Et quæ ſit juſta cauſa ad hoc faciendum? Idem eſt de recitantibus in Choro Officium divinum extra horas præſcriptas. Ex part. 2. tract. 12. reſolut. 14. ibid.

72. An qui ſine cauſa non legit Horas Canonicas temporibus determinatis, peccet venialiter? At verò, quæ cauſa rationabilis ſit non recitandi Horas Canonicas ſtatutis temporibus in textu hujus reſolutionis deciſum invenies. Et aſſeritur poſſe Veſperas quadrageſimales legi privatim poſt prandium ſine ſcrupulo peccati venialis. Et an peccet mortaliter Communitas Religioſorum, ſi ſine cauſa legitima Horas extra tempus præſcriptum, aut earum Ordinem invertat? Et an Matutinum & Laudes ſequentis diei poſſint dici Hora ſecunda pro meridiana; & quid in Quadrageſima? Ex part. 7. tract. 11. & Miſcell. 2. reſolut. 12. p.463.

73. An ſi quis, ſine cauſa non legit Horas temporibus determinatis, peccet venialiter? Et quid, ſi alias ſit conſuetudo contraria circa hoc? Et quænam cenſenda ſit juſta cauſa, quæ à culpa reddit immunem illum, qui non recitat Officium divinum debitis horis anticipando, vel poſtponendo illud? Ex p.11. tract.1. & Miſc.1. reſ.9. p.464.

74. An ſit unum tantum peccatum internum, etiamſi voluntas omittendi Horas Canonicas ſæpius per diem facta morali interruptione iteretur? Et an Beneficiarius Sacris initiatus Horas omittens peccet duplici peccato contra juſtitiam, & Religionem, adeóque in confeſſione utrumque exprimendum? Ex p. 4. tr.4. & Miſc. reſolut.219. p.465.

75. Utrum, ſi quis omittat omnes horas unius diei, committat unum peccatum, an plura? Et an in confeſſione debeat exprimere, quot horæ fuerunt omiſſæ? Ex p.2. tr.12. reſ.5. ibid.

76. An omiſſio unius integræ horæ parvæ ſit pars notabilis ad conſtituendum peccatum mortale? Ex part.6. tract.6. & Miſc.1. reſ.6. p.466.

77. An in recitatione Officij omiſſio unius horæ parvæ inducat tantum peccatum veniale ratione parvitatis materiæ? Ex part.7. tract.10. & Miſcel. 1. reſolut. 15. ibid.

78. An ſit probabilis opinio aliquorum aſſerentium in recitatione Officij Divini relinquentem unam horam integram ex minoribus peccare tantum venialiter ratione parvitatis materiæ? Ex part.10. tr.16. & Miſc.6. reſol.29. alias 28. p. 467.

79. An ſi quis omiſit recitare, v.g. medietatem Tertiæ, vel Sextæ, ſatisfaciat præcepto? Ex part.4. tr.4. & Miſc. reſ.216. ibid.

80. An in recitatione Horarum Canonicarum detur parvitas materiæ? Et an omiſſio minoris partis poſſit ſufficere in Choro ad peccatum mortale, quam in recitatione privata? Et an in mutatione Officij pro Officio detur parvitas materiæ? Et an qui ſemel, vel bis in anno relinqueret recitationem Officij non peccet mortaliter ratione parvitatis materiæ? Et an qui tribus, vel quatuor diebus ultra tempus in Concilio permiſſum Choro non intereſt, non peccet niſi venialiter? Ex part. 5. tr. 5. reſ. 26. p. 468.

81. Quænam parvitas materiæ excuſet à peccato mortali, & reſtitutione fructuum in omnibus Horis Canonicis? Et an ea parvitas, quæ excuſat à mortali in recitatione Horarum Canonicarum privata, excuſet etiam in recitatione publica Chori, niſi tamen interveniat ſcandalum? Ex p.2. tr.12. reſ.41. ibid.

82. Quænam parvitas materiæ excuſet à mortali in recitatione Officij Divini? Et an detur materia tam parva, ut ſit nulla? Ex part.7. tract.11. & Miſcel.2. reſol.2. p.469.

83. An in Officio Divino ſit ea materia parva, quæ eſt minor octava parte? Ex part.11. tr.1. & Miſcel.1. reſ.21. ibid.

84. An dubitans aliquem Pſalmum, vel Horam omiſiſſe teneatur repetere? Ex part. 4. tract. 3. reſolut. 68. p. 470.

85. An in præcepto non addendi, vel minuendi aliquid ex Officio Canonico detur parvitas materiæ? Et an propter talem additionem, & preces miſtas tamen quis ſatisfaciat præcepto recitandi? Ex part. 5. tr. 5. reſ.64. ibid.

86. Sæpius coactus ſum reſpondere ad iſtam dubitationem; an quis impleat præceptum recitandi Horas Canonicas, ſi in Officio Feriæ recitet Officium alicujus Sancti, vel alterius Feriæ? Ex part. 2. tract. 12. reſol. 3. p. 471.

87. An ſi quis dicat Officium Reſurrectionis loco alterius Officij, ſatisfaciat præcepto? Ex p.7. tr.11. & Miſc.2. reſ.7. ibid.

88. An qui recitat Officium Reſurrectionis pro Officio de Feria, vel Sancto ſatisfaciat præcepto? Et quid, ſi aliquis dicat Officium alterius Sancti loco ferialis? Et curſim docetur, quod opinio unius, vel alterius quam omnes alij rejiciunt, non meretur probabili-

*tatem.* Ex part. 11. tract. 1. & Miſcel. 1. reſol. 26. pag. 472.

89. *An ſi quis dicat, v.g. Matutinum de Sancto, & Horas Canonicas de Feria, ſatisfaciat præcepto?* Ex p.7. tr.11. & Miſc.2. reſ.11. ibid.

90. *In die S. Matris Tereſiæ quis celebravit ejus Officium ex devotione, quæſitum à me fuit, an peccaverit? Et an ſit tantum peccatum veniale dicere, Officium ſub ritu duplici, ubi ſit dicendum de ſimplici, & è contra? Idem dicendum eſt, ſi mutatio fiat in Choro, dummodo abſit ſcandalum. Et firmatur non eſſe grave peccatum anticipare, vel poſtponere in Choro notabiliter Horas, niſi fiat ex conſuetudine, & uſu; aut grave ſcandalum generetur. Et docetur omittentem Veſperas Sabbathi Sancti non peccare mortaliter. Et notatur unicum peccatum committere non recitantem Officium defunctorum, & illud diei, nempe octavæ omnium Sanctorum. Et an qui cras futurus eſt Panormi, ubi recitatur Officium S. Roſaliæ duplex, poſſit hodie Monte Regali, ubi Officium fit de Feria recitare Matutinum de Sancta Roſalia? Et an non ſit neque veniale, ſi ex oblivione quis recitavit Matutinum de Feria, & advertens dicat Horas de Sancto?* Ex p.11. tr.4. & Miſc.4. reſ.45. p.473.

91. *An ſi quis privatim extra Chorum ex devotione recitat Officium Confeſſoris non Pontificis pro Beato Andrea, vel pro Beato Franciſco de Borgia, peccet mortaliter? Et multa alia circa cultum Beatificatorum diſcutiuntur in textu hujus Reſolutionis; attende ea, quia ſunt valdè notanda, & menti tenenda pro dicenda Miſſa, vel commemoratione Beatificorum facienda.* Ex p.4. tr.4. & Miſc. reſ.231. p.474.

92. *An quis teneatur privatim recitare Litanias in diebus Rogationum, ſi non adſit in Choro, ſive in proceſſionibus?* Ex p.2. tr.12. reſ.42. p.475.

93. *An Litanias non recitare in diebus S. Marci, & Rogationum ſit peccatum mortale?* Et part.4. tract.4. & reſ. 226. ibid.

94. *Præclara, & ſolemnis quæſtio. An adſit obligatio recitandi Officium defunctorum in die 2. Novembris? Et quid de conſuetudine in ſupradicto caſu? Et latè explanatur, quid eſt dicendum de Litaniis S. Marci, & Rogationum?* Ex part.4. in fine tr.4. & Miſc. reſ.unica. ibid.

95. *An qui in die 2. Novembris omittat recitare Officium defunctorum, & Officium Octavæ committat unum, vel duo peccata? Et an qui in prædicta die recitat Officium Octavæ, ſed relinquit Officium defunctorum, ſi ſit Beneficiarius, teneatur reſtituere fructus beneficij? Et docetur, quomodò poſſumus cognoſcere conſuetudinem obligare, & ita habere modum legis, vel non obligare, & ſic non introductam per modum legis, v.g. recitandi Officium defunctorum in die 2. Novembris, jejunandi in Vigilia Nativitatis B. Mariæ non comedendi ova, & lacticinia in quadrageſima, &c.* Ex p.9. tr.7. & Miſc.2. reſ.29. p.478.

96. *An ſi quis non haberet Breviarium, ſed ſciret Pſalmos teneatur illos dicere ſine Lectionibus in Matutino, vel Capitulis, & verſiculis in Horis? Et quid, ſi ſciret aliquas Lectiones, ſive Capitula, & Orationes, an teneatur ſic dicere Officium?* Ex p.2. tract.12. reſol.30. ibid.

97. *An qui habet diurnum, teneatur recitare Pſalmos ſine lectionibus, & reſponſoriis pro Matutinis? Et infertur cœcum non eſſe adſtrictum Matutinam Horam recitare, licet memoria retineat Pſalmos, cum Lectiones legere nequeat, nec tenetur ſocium quærere. Et an ſi aliquis ſe offert cœco, vel infirmo in ſocium ad recitandum, teneatur cœcus, aut infirmus recitare? Et an infirmus, & ſi valens converſare cum amicis ſe inviſentibus; ideò non teneatur recitare Officium Divinum?* Ex part.2. tr.12. reſ.43. p.479.

98. *An Clericus, qui habet diurnum, & caret Breviario, teneatur ſaltem recitare Pſalmos abſque lectionibus, & Reſponſoriis? Idem eſt de carente viſu, vel alia de cauſa, ſi Pſalmos memoria tenet. Et an qui propter aliquam cauſam, infirmitatem ſcilicet magnam occupationem, &c. excuſantur à dicendo toto Officio Divino, non tamen excuſentur à dicendo illas horas Canonicas, quas commodè dicere poſſint? Et an interruptio notabilis in perſolvendo Divino Officio non conſtituat peccatum mortale, nec obligationem iterum recitandi, & quamvis incepta Hora interrumpatur animo repetendi? Et an hoc etiam intelligatur in Ordine ad recitationem publicam quæ efficitur in Choro? Et an Beneficiarius, qui tantum percipit ducatos 25. ex fructibus beneficij, teneatur ad recitationem Horarum Canonicarum, vel ſint neceſſarij in his temporibus 40. ducati, demptis oneribus Miſſæ, &c? Et an Præbendatus non obligatus ad recitandum in Choro, poſſit recipere, & retinere diſtributiones, etiam ſi neque ibi, neque extra Chorum recitet Officium Divinum?* Ex part.10. tract. 16. & Miſc.6. reſolut.48. alias 47. ibid.

99. *An ſi quis habet privilegium recitandi Breviario breviori, vel dicendi Horas ante tempus, poſſit ſocius recitare eodem modo cum illo abſque culpa? Et an Epiſcopus Religioſus poſſit recitare cum ſocio ſecum recitante per Breviarium ſuæ Eccleſiæ?* Ex p.2. tr.12. reſ.35. p.481.

100. *An ſi, v.g. Epiſcopus, vel Cardinalis, aut alius Superior cum famulo velit die feriali ex negligentia recitare Officium de Sancto, utrum talis famulus peccet venialiter propter dictam mutationem Officij?* Ex part. 7. tr.11. & Miſc.2. reſ. 10. ibid.

101. *An Sacerdos ſæcularis ſatisfaciat præcepto, ſi recitet, v.g. cum Carmelitano; vel Franciſcus cum Carmelitano Officium Divinum?* Ex p.7. tract.11. & Miſc.2. reſ.9. ibid.

102. *An Regularis, vel alij, relicta conſuetudine vel Religionis, vel Eccleſiæ, ſecluſo aliquo præcepto, poſſint privatim Officium Divinum ſecundum Breviarium Romanum recitare? Et an ſi Clericus ſæcularis uno, vel altero die diceret Officium per alium Breviarium à Romano, v.g. Breviarium S. Dominici, &c. peccet mortaliter?* Ex p.2. tr.12. reſ.10. p.482.

103. *An Regulares extra Chorum poſſint uti Breviario Romano, vel alterius Religionis?* Ex part.3. tr.2. reſ.135. ibid.

104. *An Monachi ſatisfaciant præcepto Divini Officij, ſi privatim recitent juxta Ritum Breviarij Romani?* Ex part. 11. tract. 2. & Miſc. 2. reſolut. 64. ibid.

105. *An Regulares extra Chorum ſatisfaciant præcepto perſolvendi Horas Canonicas ſecundum Breviarium alterius Religionis? Et quid quoad Communitatem in recitando Officium Romanum, vel alterius Communitatis, & Religionis?* Ex part.7. tract.11. & Miſcel.2. reſ.8. p. 483.

106. *An Regulares ſatisfaciant præcepto perſolvendi Horas Canonicas, ſi recitent Officium alterius Religionis? Et adducitur, quod in Clementina 2. de Celebratione Miſſarum conceditur Clericis ſæcularibus, & Religioſis commenſalibus Cardinalium, & Epiſcoporum, ut poſſint ſe conformare illis in modo recitandi Officium, & non teneantur aliud dicere.* Ex p.11. tr.1. & Miſc.1. reſ.8. p.484.

107. *An aliæ Religiones poſſint per Communicationem gaudere priviligio conceſſo Patribus Franciſcanis recitando Officium Corporis Chriſti ſingulis quintis Feriis extra Quadrageſimam, & Adventum non impeditis Feſto novem*

*vera Lectionum? Idem dicendum eſt de Officio Conceptionis, & ſimilibus.* Ex p.5. tr.8. & Miſc.3. reſol.14. p.485.

108. *An Prælatus Religioſis addictis Breviario Romano poſſit in publica recitatione ex cauſa juſta diſpenſare in Officio unius diei, una vel altera vice? Et quid circa hoc decrevit Sacra Cardinalium Congregatio?* Ex p.2. tr.12. reſ.36. ibid.

109. *Utrum Superior cum ſuis Religioſis poſſit diſpenſare circa obligationem recitandi Officium divinum? Et quid ſaltem quoad Religioſos nondum in Sacris conſtitutos?* Ex p.2. tr.12. reſ.19. ibid.

110. *An Beneficiarius non recitans primis ſex menſibus teneatur jure naturali ad aliquam reſtitutionem? Et an Beneficiarius omittens dicere Officium, ſi impotens ſit ad reſtituendum fructus, ſit obligatus ad reſtituendum in bonis ſpiritualibus?* Ex part. 2. tract. 12. reſol. 25. ibid.

111. *An qui plura habet beneficia, teneatur in fine Officij tot commemorationes facere, quot ſunt beneficia? Et an teneatur ad reſtitutionem pro rata fructuum reſpondentium ſingulis commemorationibus omiſſis? Et notatur, quod qui plura beneficia poſſidet, quorum unum ſufficiat ad decentem ſuſtentationem ſine juſta cauſa, & diſpenſatione pluries in eodem die tenetur dicere Horas Canonicas.* Ex part. 9. tr. 9. & Miſc. 4. reſ. 10. ibid.

112. *An Beneficiarius adimpleat præceptum perſolvendi Horas Canonicas, ſi per alium recitet? Et an excuſetur Beneficiarius à reſtitutione, ſi divinum Officium ab alio ex ſua intentione recitatum pro Eleemoſyna defunctis applicanda, ſeu applicata contribuat ex eo, quod hæc reſtitutio poſſit fieri pro celebrandis Miſſis, in auditione Sacri, flagellatione, Indulgentiarum, & Jubilæorum lucratione, & his ſimilibus recitationi omiſſæ æquivalentibus, &c. Et notatur, quod qui beneficium obtinuit per Symoniam, vel dum erat excommunicatus, ſuſpenſus à beneficio, vel irregularis, aut ſine legitima ætate, aut per aliam cauſam, ob quam collatio beneficij fuerit nulla ad penſum divini Officij non tenetur, vel ſaltem non tenetur ad fructuum reſtitutionem. Et an, qui plura beneficia, vel penſiones habet, teneatur in eodem die pluries Officium divinum recitare? Et quid ſi ratione voti, vel pœnitentiæ tenetur ad dicendas Horas Canonicas? Et notatur, quod qui beneficium accepit cum onere ſolvendi alteri omnes fructus in penſionem, tenetur Officium divinum recitare. Idem eſt dicendum de illo, qui diſtributiones non percipit, ſed illas ſpectat de futuro, &c. Et docetur, quod ſi ablatio beneficij non eſt perpetua, ſed pro aliquo tempore, etiam ſi violenta, & injuſta; ſine ſpe recuperationis non ſufficit ad excuſandum ab obligatione recitandi Officium. Idem eſt dicendum, ſi per ſterilitatem temporum beneficium aliquibus annis non redderet fructus.* Ex p.9. tr.9. & Miſcel. 4. reſ.22. p.486.

113. *An Beneficiarius, qui alio die ſupplet defectum in recitatione commiſſum, liberetur ab onere reſtitutionis?* Ex p.2. tr.12. reſ.24. p.488.

114. *An Beneficiarius, qui non recitavit, ſi altero die recitet, & ſuppleat omiſſum, excuſetur à reſtitutione fructuum? Et quid, ſi prædictum penſum Officij omiſſum, v.g. hodie, recitet poſt duos aut tres menſes, aut aliud tempus; imo ſi recitet ante tempus? Et an ſtando in opinione affirmativa, talis obligatus poſſit reſtitutionem facere in eandem ſpeciem actionis, id eſt in recitatione ejuſdem Officij omiſſi; an verò poſſit ſatisfacere per alias preces æquales, v.g. per integrum Roſarium, Pſalmos Pœnitentiales, vel per Sacrificium Miſſæ, &c. Et notatur, quod ſi in ſingulis Horis unius diei quid leve omittitur quod ſimul ſumptum gravem materiam conſtituat ex eo non obligatur Beneficiarius ad reſtitutionem, neque etiam ſi omitteret partem notabilem unius Horæ.* Ex p.9. tr.9. & Miſc.4. reſ. 24. ibid.

115. *An Beneficiarius, ſi intra annum per octo, vel decem dies omiſit Officium, teneatur ad reſtitutionem?* Ex part. 2. tr.12. reſ.34. p.489.

116. *An in obligatione reſtituendi fructus pro omiſſione Horarum Canonicarum detur parvitas materiæ?* Ex p.5. tr.5. reſ.24. ibid.

117. *Quænam pars Officij omiſſa à Beneficiario ſit levis, ut non obliget ad reſtitutionem, etiam ſi fructus reſpondentes illi parti omiſſæ ſint magnæ & notabilis quantitatis? Et an ſi pars fructuum correſpondens ſit tam parva, ut non pertingat ad peccatum mortale in materia furti teneatur illam reſtituere ſub mortali? Et an qui eodem die in ſingulis Horis paucos verſiculos omiſit, qui ſimul ſumpti gravem, & notabilem materiam conſtituant, teneatur ad reſtitutionem? Ex quo infertur non ſatisfacere præcepto recitandi Horas eos, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem Verſuum, vel Pſalmorum, etiam deglutiendo, corrumpendo, vel ſincopando verba, vel ſillabas ut ex ita omiſſis, vel corruptis fiat notabilis pars. Quod tamen intelligendum eſt non de omnibus Horis ſimul, ſed de ſingulis Horis. Et an liberetur ab onere diſtributionum reſtitutionis ille, qui accedit ad Chorum non ſolum poſt primum Pſalmum, verum etiam qui præter hanc partem reliquerit recitare aliam quæ non attingit ad materiam notabilem?* Ex part. 2. tr. 12. reſ. 26. p.490.

118. *An Beneficiarius, qui non recitavit Laudes, teneatur ad aliquam reſtitutionem? Et an infirmus, qui prævidit poſt prandium ex febre fore impediendus à recitatione Veſperarum, teneatur illas mane recitare? Sed ex doctrina hujus Reſolutionis infertur, an Laudes ſint Hora ſeparata, vel partes Horæ, nempè Matutini?* Ex p.5. tr.14. & Miſc.2. reſol.46. ibid.

119. *An Beneficiarius teneatur ad aliquam reſtitutionem omittendo partem notabilem alicujus Horæ? Et quid, ſi omittat Laudes? Et quid eſt dicendum, ſi omittat partem levem in ſingulis Horis? Et an reſtitutio pro omiſſione Horarum ſuppleri poſſit per quaſcumque eleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructibus ſui beneficij fecerat?* Ex part. 4. tract.4. & Miſc. reſol. 220. p. 491.

120. *An ſit obligatio reſtituendi, ſi Beneficiarius omittat partem notabilem unius Horæ; vel in Officio unius diei omittat plures verſiculos, qui ſimul partem notabilem conſtituant? Et an qui habet unum beneficium juſte, & alterum injuſte, teneatur bis recitare Officium?* Ex part. 11. tract. 2. & Miſcell. 2. reſolut. 44. p. 492.

121. *An Beneficiarius, qui partes leves in ſingulis Horis omittit, quæ ſimul ſumptæ gravem quantitatem conſtituunt, teneatur ad aliquam reſtitutionem?* Ex p.5. tr.5. reſ.54. Et ad pedem literæ in ipſamet part.5. tract.14. reſol. 47. Ideo hic una tantum Reſolutio adſcribitur. p. 493.

122. *Petrus Beneficiarius in quadam Civitate hujus Regni per ſpatium ſeptem annorum recitavit Officium ſine debita attentione, & hoc voluntarie. Quæſitum à me fuit, an teneatur ad reſtitutionem fructuum, qui uncias ſexcentas ſuperabant?* Ex part.2. tract. 12. reſolut. 1. ibidem.

123. *Quidam Sacerdos habebat beneficium Curatum cum multis oneribus, ut Miſſa, &c. & per multos annos multoties reliquit Horas Canonicas. Quæſivit à me, an teneatur reſtituere in integrum omnes fructus interim perceptos? Et in textu hujus Reſolutionis docetur, quid Epiſcopus, Parochus, Canonicus, vel Beneficiarius teneatur reſtituere pro omiſſione in recitatione*

*Officij*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Officij Divini cujuſlibet diei. Et an, ſi contingat Canonicum Canonicatus groſſam prius, & abſolutè lucrari antequam Officium Divinum omittat, nihil ejus debere reſtituere.* Ex part. 2. tract. 12. reſ. 8. ibid.

124. *Beneficiarius omittens recitationem Horarum quomodo debeat fructus reſtituere; quid pro toto Officio, & quid pro ſingulis Horis Canonicis? Idem advertitur de Epiſcopo, Canonico, & Parocho.* Ex p. 4. tr. 4. & Miſc. reſ. 111. p. 494.

125. *Cui eſt facienda reſtitutio ex omiſſione Horarum?* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 27. ibid.

126. *An Beneficiarius qui omiſit Horas Canonicas, liberetur à reſtitutione fructuum propter eleemoſynas pauperibus largitas, non tamen hoc intuitu? Et quid eſt dicendum de aliis debitis, an contrarium eſt ſentiendum?* Ex part. 3. tract. 6. & Miſcel. 2. reſolut. 57. ibid.

127. *An Beneficiarius, qui omiſit Horas Canonicas excuſetur à reſtitutione fructuum propter eleemoſynas largitas pauperibus, & ſufficientes pro illo debito, licet fuerint largitæ abſque memoria dictæ obligationis?* Ex p. 7. tr. 10. & Miſc. 1. reſ. 24. p. 495.

128. *An Beneficiarius poſſit compenſare eleemoſynas jam factas voluntariè cum obligatione poſtea contracta reſtituendi fructus propter omiſſionem Officij? Et ſupponitur Beneficiarium excuſari à reſtitutione fructuum ob eleemoſynas jam factas, non tamen cum intentione ſatisfaciendi huic obligationi. Et an hoc habeat locum in debitis ex furto, uſuris, &c. quæ fortè ſolvenda ſunt pauperibus ob incertitudinem creditorum?* Ex p. 9. tr. 9. & Miſc. 4. reſ. 23. ibid.

129. *Quidam Canonicus recitabat Officium, non tamen canendo cum aliis in Choro; quæritur, an hoc facere potuerit ſine peccato mortali, & diſtributiones quotidianas lucrari?* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 6. p. 496.

130. *An qui ſubmiſſa voce, aliis canentibus, perſolvit Horas Canonicas, poſſit percipere diſtributiones?* Ex p. 2. tr. 12. reſ. 33. ibid.

131. *An Canonici confabulantes in Choro, aut exercentes aliquas actiones præfatæ attentioni externæ repugnantes, teneantur ad reſtitutionem diſtributionum quotidianarum?* Ex part. 2. tr. 12. reſ. 7. ibid.

132. *An Canonici confabulantes, dum Chorus cantat, lucrentur diſtributiones quotidianas? Et an teneantur illas reſtituere, ſi in Choro, vel privatim non recitent Horas Canonicas? Et an Canonici non aſſiſtentes in Choro, nec recipientes diſtributiones quotidianas non peccent mortaliter, niſi ſequatur detrimentum cultus Divini?* Ex part. 4. tract. 4. & Miſcel. reſolut. 149. p. 497.

133. *An Canonicus, ſeu Præbendatus, qui Choro aſſiſtit confabulando, poſſit hoc non obſtante diſtributiones lucrari? Et quæritur, quibus peccatis peccat Præfectus Chori in ſuo Officio? Et pro praxi hujus difficultatis adducuntur ſex peccata, vel ſex caſus, in quibus poteſt peccare prædictus Præfectus Chori ratione ſui Officij. Et an Canonicus, qui non recitat Officium neque in Choro, nec extra Chorum, teneatur reſtituere diſtributiones, ſi tantum aſſiſtat Choro?* Ex p. 10. tract. 13. & Miſc. 3. reſ. 10. ibid.

134. *An Canonicus abſens à Choro per tres menſes vigore Concilij Tridentini, gaudeat diſtributionibus quotidianis? Et an quamvis in toto anno Choro non interſit gaudeat hoc non obſtante, in prædictis tribus menſibus quotidianis diſtributionibus?* Ex p. 10. tr. 11. & Miſc. 1. reſ. 58. p. 498.

135. *An Canonicus qui abeſt à Choro ſine cauſa, animo amittendi diſtributiones, tempore abſentiæ correſpondentes, peccet mortaliter? Et an Canonicus, qui ad Chorum non accedit, ſed privatim Divinum Officium recitat, peccet tantum venialiter, etiam ſi in Choro quatuor tantum aſſiſtant?* Ex part. 2. tr. 12. reſ. 31. p. 499.

136. *An Præbendatus peccet mortaliter, ſi à Choro abſit, etiam ſi cedat diſtributionibus? Et an Præbendatus ſubmiſſa voce recitans ſuam partem, vel non recitans, ſed ſolum attendens ad partem, quam alius Chorus recitat, lucretur dimidiam partem diſtributionum? Et an tres, vel quatuor dies in anno abſentiæ à Choro non conſtituant culpam mortalem in Præbendatis, abſque tribus menſibus in anno à jure illis conceſſis abſentia à Choro?* Ex p. 4. tract. 4. & Miſc. reſol. 217. ibid.

137. *An ſi extra tempus Divinorum Officiorum poſſit Canonicus, ſeu Præbendarius expedire negotia propria Eccleſiæ, in cujus utilitate abeſt, licitè accipiat diſtributiones? Et an Canonicus diſpenſatus in ætate etiam lucretur diſtributiones? Idem eſt, ſi Canonicus Ordine Sacro initiatus non ſit, ſi aſſiſtat in Choro; & aliud eſt quoad vocem in Capitulo quæ requirit ſaltem Ordinem Subdiaconatus. Et notatur, quod diſtributiones percipit Canonicus aſſiſtens Choro, & Divinis Officiis, licet non ſedeat proprio ſtallo, nec ſit indutus veſtibus ſolitis. Item lucrabitur diſtributiones Canonicus, ſi deſinat Horis Canonicis aſſiſtere propter aliquam juſtam cauſam; propter recipiendum hoſpitem; vel ſi radat barbam; & ex aliis multis cauſis, quæ in textu hujus reſolutionis explicantur, quas pro caſibus contingentibus in promptu tene, quia quotidianæ ſunt pro ſupradictis Præbendariis circa lucrationem diſtributionum.* Ex p. 10. tr. 16. & Miſc. 6. reſ. 54. ibid.

138. *An Penſionarius teneatur ſub peccato mortali dicere Officium parvum B. Virginis? Et docetur conſuetudinem eſſe optimam legis interpretem. Et quæritur, an omnes penſiones poſſint vendi pro libito abſque licentia Summi Pontificis?* Et part. 10. tract. 16. & Miſc. 6. reſol. 94. p. 500.

139. *Proponuntur aliqui caſus circa obligationem Penſionarij ad recitandum Officium B. Virginis. Sed inter alia quæritur, an Penſionarius relinquens recitare Officium B. Virginis teneatur reſtituere omnes fructus, vel tantum tertiam partem ſicut Beneficiarij qui ex omiſſione Horarum Canonicarum non tenentur perſolvere niſi tertiam partem?* Ex part. 10. tract. 16. & Miſc. 6. reſolut. 95. p. 502.

## Appendix ad cæteras omnes alias quæſtiones hujus *Tractatus Sexti de Horis Canonicis hujus Tomi tertij.*

*AN Pontifex poſſit diſpenſare in recitatione Horarum Canonicarum? Et an recitatio Horarum Canonicarum ſit de jure Divino, vel etiam de jure naturali? Et an qualitas Officij Divini ſit tantum de jure poſitivo? Et an Papa poſſit diſpenſare cum quocumque Clerico, vel Regulari, ut licitè poſſit uti Breviario, quod ei libuerit? Et è contra, an non poſſint Epiſcopi, & Prælati Regulares cum ſuis ſubditis diſpenſare, ut non recitent Officium Divinum Breviarij juxta ritum Pij V. ad quod tenentur, ſed juxta aliud Breviarium approbatum? Et an Epiſcopi, & Prælati Regulares cum ſuis ſubditis ex rationabili cauſa poſſint diſpenſare, ut aliquando, non tamen in perpetuum, neque per modum Conſtitutionis recitent Officium de Sancto die, qua eſſent recitaturi de Feria? Et an prædicti Epiſcopi, & Prælati Regulares poſſint diſpenſare, ut nunquam ſubditi, & in tota vita recitent? Et an diſpenſatio conceſſa Subdiacono, ut poſſit uxorem ducere, liberet eum*

cum à recitatione Officij Divini? Et quid dicendum eſt; ſi fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxiſſe, & deindè clam ad Subdiaconi vel Diaconi Ordinem, & gradum eſſe promotum; & circa hoc aliqua alia explanantur? Et an Sacerdos Beneficiarius diſpenſatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, ſi poſtea convaleat, teneatur ſub mortali Officium Divinum recitare? Et quid in dicto caſu de fructuum beneficij reſtitutione? Ex part. 8. tr. 3. ex reſolut. 101. 34. & 12. & in part. 6. tract. 7. ex reſolut. 45. §. Undè. *Quæ hic ſunt ſupra in hoc ipſomet* tom. 3. tract. 2. de diſpenſatione reſolut. 51. 52. 26. & 74.

*An profeſſus, vel Sacerdos ſæcularis, cum quibus diſpenſatum eſt ad nuptias, teneatur ad Officium Divinum recitandum? Et quid de Degradato?* Ex part. 9. tr. 4. ex reſ. 40. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tr. 2. de Percuſſione Clerici reſ. 36.

*An Orationes ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium à Sacerdote in fine Litaniarum dicendæ ſint genu flexo, an ſtante? Idem eſt, quando in Choro recitantur Litaniæ in diebus Rogationum, quod ſtando recitandæ ſunt Orationes. Et quomodò tempus mediæ noctis in præcepto recitandi Horas Canonicas ſumendum eſt?* Ex part. 10. tract. 13. ex reſ. 34. & in part. 7. tract. 11. ex reſ. 15. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tr. 1. de Celebratione Miſſarum reſ. 195. & 111.

*An ordinatus per vim, & metum teneatur recitare Officium Divinum? Et quid, ſi poſtea ratificet verbo, aut facto ſemel utens Ordine accepto ſine ulla coactione? Et an ille, qui in peccato mortali ſolemniter Capitulum, & Collectam pronunciat in Choro, qui hoc facit tanquam Preſbyter, peccet mortaliter?* Ex part. 10. tract. 13. ex reſolut. 18. & in p. 3. tract. 4. ex reſol. 195. alias 196. *Quæ hic ſunt* in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis reſ. 114. & 119.

*Curſiſſimè infertur, quod qui vovit quotidie recitare, non tenetur preces alicujus diei omiſſas ſupplere. Et an ſi quis vovit recitare Litanias, teneatur ad preces, & Orationes ſubſequentes? Idem eſt de pœnitentia à Confeſſario injuncta.* Ex part. 5. tract. 14. ex reſolut. 31. §. penult. in fine, & in part. 9. tract. 7. ex reſ. 46. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 6. de Satisfactione Sacramentali reſ. 43. & 20.

*An qui vovit recitare ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, ſi non poteſt integros recitare, teneatur ad partem, vel ſi ſciret unum Pſalmum ex Pœnitentialibus teneatur illum ſeptem vicibus recitare? Et an peccet mortaliter non recitando Officium Divinum qui in nocte proxima ſe inebriat, & facit impotentem ad recitandum ſequenti die?* Ex p. 3. tract. 5. ex reſ. 61. & in p. 10. tr. 14. ex reſ. 13. alias 11. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 6. de Jejunio reſ. 66. & 18.

*An peccet mortaliter contra præceptum, & obligationem recitandi Officium Divinum qui edit nimium, aut nocivum prævidens ob morbum ſe omiſſurum Horas Canonicas? Et an ſatisfaciat quis obligationi recitandi Horas Canonicas, ſi in illis voluntariam internam mentis evagationem haberet? Et quidam ſcrupulis angebatur, an habuerit intentionem recitandi Horas Canonicas, ideò benignam aliquam opinionem impenſe à me poſtulavit. Et an ſi quis vult recitare Officium Divinum cum voluntate expreſſa non adimplendi illud, adhuc ſatisfaciat præcepto, &c? Et an quis ſatisfaciat præcepto de audiendo Sacro, ſi tempore Sacrilegij Horas Canonicas ad quas obligatur?* Ex part. 10. tract. 14. ex reſolut. 12. alias 10. & in part. 5. tract. 1. ex reſolut. 61. §. ult. in fine, & in part. 3. tract. 6. ex reſolut. 68. & in p. 4. tr. 4. ex reſ. 107. *Quæ hic ſunt* in tom. 2. tr. 3. de Audienda Miſſa in die feſto reſ. 14. 25. 1. & 2.

*An ſi Clericus, v.g. in diurna navigatione abjecit Breviarium, teneatur aperire hanc circunſtantiam in confeſſione vel ei ſufficiat dicere, vigeſies omiſi Horas Canonicas? Et an ſi poſt abjectum Breviarium debeat de cauſa omiſſioni data, non amplius peccet omittendo Horas? Et an propoſitum omittendi aliquid actum, & præceptum aliquando in confeſſione explicandum ſit; ut ſi quis, v.g. propoſuit per multos dies Officium Divinum omittere, ſed deindè propoſitum mutans non niſi quinquies omiſit? Et an ſufficiat, ſi pœnitens dicat in confeſſione, anno integro omiſi Officium Divinum, licet aliquoties doluerit de culpa intra annum, & ſtatuit recitare, & propoſitum poſtea non implevit? Et an ſi quis, v.g. recitando Officium Divinum videt mulierem, & concupiſcit eam, teneatur non ſolum illam pravam concupiſcentiam confiteri, ſed etiam dicere, quod tale peccatum admiſit pſallendo, orando, &c? Et an qui recitat non ſolum in peccato mortali, ſed cum propoſito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, non peccet? Et utrum, qui ratione Ordinis Sacri, & beneficij tenetur perſolvere horas canonicas, ſi illas non recitet, peccet dupliciter, & teneatur iſtam circunſtantiam in confeſſione explicare? Et quid, ſi habeat multa beneficia? Et qui omiſit aliquo die omnes Horas Canonicas, an teneatur illud in confeſſione aperire, vel illud tantum quod omiſit? Et an qui ex ignorantia non recitat Horas Canonicas, ad quas ratione Ordinis Sacri, vel beneficij obligatur, committat duplex peccatum? Et an ſi quis unica voluntate voluiſſet omittere Officium Divinum per menſem, teneatur hanc circunſtantiam in confeſſione aperire?* Ex part. 1. tract. 7. ex reſolut. 63. & in part. 5. tract. 14. ex reſolut. 55. & in part. 6. tr. 7. ex reſolut. 36. & in part. 2. tract. 12. ex reſolut. 22. & 23. & in part. 3. tract. 4. ex reſolut. 140. alias 141. & in part. 1. tr. 7. ex reſolut. 17. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 7. de Circunſtantiis reſ. 62. 63. 66. 65. 64. 7. & 23.

*An qui ex oblivione naturali omittit recitare Horas Canonicas teneatur reſtituere fructus? Et an excommunicatus cum aliquo legens privatè Horas Canonicas, vel Officium B. Virginis, &c. peccet? Idem eſt de recitante cum excommunicato.* Ex part. 3. tract. 6. ex reſolut. 41. & in part. 5. tract. 9. ex reſolut. 89. & in tract. 5. ex reſ. 21. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione reſ. 32. 131. & 147.

*An excommunicatus recitando Horas Canonicas privatim, & dicendo* Dominus vobiſcum, *incurrat irregularitatem, & peccet mortaliter?* Ex part. 4. tract. 2. ex reſolut. 94. & in part. 5. tract. 9. ex reſolut. 93. *Quæ hic ſunt* in tom. 5. tract. 5. de irregularitate reſol. 35. & 36.

*An liceat Sanctum Beatificatum invocare in publicis Litaniis?* Et part. 3. tract. 5. ex reſolut. 9. *Quæ hic eſt ſupra in hoc ipſomet* tom. 3. tract. 3. de Epiſcopis reſol. 90.

*Quæritur, quinam ſint, qui poſſunt uti privilegio Clem. VII. conceſſo Clericis S. Sylveſtri de Urbe, qui alias vocantur Theatini, dicendi ſaltem ſex, aut ſeptem Pſalmos aſſignandos à Prælato cum ſeptem Pater noſter, & bis Symbolum Apoſtolorum loco Horarum Canonicarum? Et an ejecti à Religione, ſi non ſint in Sacris, teneantur ad Officium Divinum? Et an ſi adſit dies, cujus integrum Officium Divinum memoria tenet cœcus, iſtud ſolum modo cœcus recitare teneatur?* Ex p. 3. tract. 2. ex reſ. 68. & 60. & in p. 10. tr. 16. ex reſ. 46. alias 45. *Quæ nunc invenientur* in tom. 7. tr. 1. de Regularibus reſ. 261. 192. & 7.

*Explanatur, quod quamvis nullo jure teneantur Religioſi ad Chorum profeſſi nondum ordinati ad Horas canonicas, tenentur tamen jam ex longa conſuetudine præſcripta in unaquaque Religione.* Ex part. 4. tract. 4. ex reſ. 6.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

reſ.6 *Quæ hic* in tom. 2. tr.1. de Celebrat. Miſſarum reſ. 87.

*An ſi quis, v. g. videat Clericum ex oblivione invincibili omittere Officium Divinum, teneatur illum monere?* Ex p.9. tr.8. ex reſ.48. *Quæ hic reperietur* in tom.7. tr.4. de Correctione reſ.31.

*An Beneficiarj omittentes Horas Canonicas ſatisfaciant ſi eleemoſynas non diſtribuant pauperibus, ſed celebrent Miſſas pro animabus Purgatorij?* Ex p.7. tract.10. ex reſ.14. in fine, *Quæ nunc invenietur* in tom.6. tr.8. de Teſtamentis reſ.58.

*Quidam vir Nobilis recitabat quotidie pro animabus Purgatorij Officium defunctorum, dum adhuc eſſet in ſtatu peccati mortalis, quæſivit à me, an dictis animabus Orationes illæ prodeſſent?* Ex part.5. tract. 14. ex reſol.79. *Quæ hic eſt* in tom.8. tr.10. reſ.13.

TRACTATUS